
NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
12
19 1
35


Google

DOCTRINA HIPPOCRATIS.

APHORISMI: noua interpretatione ac methodo exornati.

LEGES MEDICINAE.

ARCANA IVDICIA.

LIMITES HVM. PARTVS.

PATROCINIVM.

Autore RODOLPHO MAGISTRO, Regis Consiliario, & Regiorum Franciæ Liberorum Archiatro.

Ex legato Ill. Ciccin

PARISIIS.
Ex Officina Niuelliana.
Apud SEBASTIANVM CRAMOISY, via Iacobæa, sub Ciconiis.

M. DC. XIII.
CVM PRIVILEGIO REGIS.



LVDOVICO XIII. REGI CHRISTIANISSIMO.

TVA Maiestas (DOMINE) mihi fecit hæc otia, quorum ei debeo rationẽ reddere. Otia dico, breuissima interualla quæ mihi supersunt à negotiosis curis oneris mei, omnium grauissimi. Tantorum enim, tótque numero Principum valetudinem curare, omnes intelligunt rem es-

ſe non ſolùm ancipitis fortunæ, ſed præcipitio etiam admodum propinquæ. Ac potiſſimùm vbi videas Bonos plærumq. vrgeri turbulentis Calũniæ latratibus: Et ſolius quidem virtutis merito, vel probitatis nomine malis odioſos. Sed Henricus ille Regum Maximus, Pater tuus, cui iam propè viginti annos ſeruieram, hanc mihi oneris molem imponens: eius grauitatem ope ſuæ prudentiæ ſic alleuabat, vt eo ſuperſtite, rei tolerantia multò facillima videretur. Nunc verò etiam clementiâ tuæ Maieſtatis, & ſimul Reginę Matris tuæ ſumma æqui-


tate fretus, quâ ſolet illa æquato examine, Iudicia rerum ſingularum, verborúmq. perpendere: ſic tranquillus ſecurúſque ago veſtro numine, vt mihi deinceps Æmulationum inſidiæ ſuſpectæ eſſe deſinant. Tibi ergo quæ poſſum (Rex potẽtiſſime) pro iſta humanitate, perſoluo grati animi pretia. Nam quinquennij ſpatio, ex quo hanc inij Prouinciam curandæ tuorum valetudinis: primùm obtuleram *Inſtitutionem Principis* Maieſtati tuæ, vix dum aſſecutæ ſeptimum ætatis annum: Deinde ludicrum illud Homeri βατραχομαχίαν, lecturæ prioris delectamentũ:

Tertiò, *Sapientiam Veterum* è Græco translatam: Nuper autem, Gallico etiam sermone nostrum *Tacitum*, formandæ prudentiæ idoneum, dignúmque Regibus Authorem. Et nunc demum abditissima offero *Secreta vitæ conseruandæ*: Munus longè præstantissimū: & quod pretio certare possit eum Thesauris indicis. Accipe verò ipsum (DOMINE) qua vultus serenitate soles cætera : adscribens me interim in censum fidissimi seruitij subiectorum tuorum. Sic Deus opt. augeat sua dona vestris Maiestatibus: eásque

nobis diu præſtet ſaluas, incolumes, atque omni bonorum genere cumulatas; Anno M. DC. XIII.

Tuæ Maieſtati humillim. ac fideliſſ. ſubiectus & ſeruus,

RODOLPHVS MAGISTER.



PRAEFATIO

AD LECTOREM.

APhorismorum diuinum Opus & admirabile omnibus laudatur, summóque est in pretio Medicis: sed vix è sexcentis vnum reperias, qui satis pro merito illud amplectatur. At videri volunt omnes, ne in suspicionem ignorantiæ cadant, se habere Aphorismos ad manum: dum eorum vnum atque alterum præcipitata mente, vt fere fit, nullóque iudicio in medium proferunt. Enimuerò huius Operis singulas voces, singulæ propemodum sententiæ comitantur, aureis literis dignæ sententiæ: & quasi vniuersam continentes medendi sapientiam. Nam siue vbertatem scientiæ, siue magnificentiam

Axiomatum, aut pondus breuitatis spectes, nullum certè vsquam existere videas de re Medica scriptum, aut gratius, aut vtilius, aut docendi commoditate præstabilius. Quocirca ipsum & ob oculos perpetuò haberi, & memoria quoque teneri ab iis par est, atque consentaneum, quicumque medendi vsum cum aliqua laude profiteri volunt. Qui fit igitur, vt monumentum tanti pretij adeóque salutiferum, veluti iaceat in puluere, passim à plærisque Medicorum tantopere neglectum atque despectum? Ea est in hominibus mentis vesania, brutúsque sensuum stupor, vt in meridiano Sole cæcutiant. Et fortè deterrentur obscuritate, quam hîc parit rerum confusio. Perturbati ac veluti stupentes hærent, cùm cito raptu se transferri vident ad res planè diuersas, maximéque differentes. Hîc enim videas vnum Aphorismum agere de victus ratione, quem in re omnino diuersa, mox vel pro-

gnosticon Axiôma, vel therapeuticon sequatur: Illîc de morbis internis, atque externis confusè, alibi de purgatione, & venæ sectione promiscuè. Quis non erret in tam multiplici viarum flexu? Aut, cui vel perspicacissimo tenebræ non offundantur in hac rerum confusione. Methodus artium anima, & rationis Magistra mederi huic malo potest: difficilia expedire, obscura declarare, ardua explanare. Diuisa tantum sæpe habent difficultatis, vt omnem eludant intelligentiam: quæ tamen suo ordine disposita, fiunt facillima. Quod experiri voluimus in Opere præstantissimo. Est fidelis hæc nostra interpretatio, non quæ perpetuò verbum verbo reddat, vt quædam aliæ solent: sed quæ menti Authoris coniunctissimè adhærescat. Ad quam meliùs exprimendam, se illa certis locis diffundit paulò latiùs: & in quibusdam Aphorismis ad maiorem claritatem, pro nexu orationis ac

ſerie , poſteriora prioribus anteponit. Adiecta etiam vincula quæ res inter ſe connectant. Libris nihil detractum: Integri ſunt relicti. Et homogenea quãtùm fieri potuit, ſuo ordine compoſita, & coniuncta. Quod ſi minùs aptè in quibuſdam factum videatur, reſtituere licet. Hæc tamen noſtra eſt Opinio, eam Hippocratis non eſſe, quam vulgò habemus Aphoriſmorum diſpoſitionem: ſed vel temporis lapſu perturbatam, vel inchoatum duntaxat opus, atque imperfectum ſuos poſteà ſic edidiſſe. Cæterùm nos interpretationi noſtræ Authoris verba è regione comparamus, non, vt Græcorum rudes, ſingularum vocum ſignificationes contemplentur, ſed vt Eruditis appareat noſtra fidelitas: & Græca ipſa noſtro ordine legi commodiùs poſſint. Quæ ſi faſtidioſis minùs placent, palma eſt in medio poſita,

& relictus bene agendi locus. Si bonis & candidis non displicent, hanc solam nostri laboris mercedem volumus. Vale Candide Lector.

Virtuti, meritóque
ROD. MAGISTRI MEDICI
Regij, & liberorum Franciæ
Archiatri.

QVIS Labyrinthæi paria inter marmora Tecti,
Nescit inexplicitas absque Regente, vias?
Hinc semel euasit, non Te sine (Dædale) Theseus:
Quæ manus hoc posuit, sola relegit iter.
Tale Orbi Cois Aphoristica sylua columnis,
Tot per secla virûm, nobile fulget opus.
Supra marmor opes, purũ longè ante metallũ:
Ast hæc non Coïs consita gaza modis.
Inuia sylua viis: Casus, nodíque Draconis,
Hactenus arte regi, quod caret arte negāt.
Hactenus hoc, inquã. Nostro sed Gallia seclo,
Semper Palladiis, Gallia fœta viris.
Extulit ingenium, saltus penetrare latentes
Ausum: viuificos & reserare sinus.
Quæ leuiter, timidi circumcerpsere priores,
Ingredere: & plena (hoc auspice) carpe manu.
Hîc, vbi nulla viæ vestigia, ducit euntes.
Theseu cede viro: Dædale cede viro.
Germanũ Druidũ genus, arte notáq. Magister,
Te meritò medicũ Gallica sceptra colunt.

ANNES RVLMANVS,
Art. Prof. Monsp.

AD ROD. MAGISTRVM REGIS CONSILIARIVM, & Liberorum Franciæ Medicum primarium.

QVÆ breuis Hippocrates obscurè scripserat olim,
Nunc breuitate pari das manifesta magis.
Attamen accessit breuitati dictio paulò
Fusior, & superans scripta pelasga nitor.
Sic Hermes digito, dubium per inhospita Tesqua
Dirigit: & quorsum debeat ire, docet.
Quæ Medici, foliis quasi scripta Oracla Sibyllæ,
Nullò crediderant posse coire modo:
Connectis molli, sed firmo stamine, quali
Non meliùs nodo, Gordius ipse liget.
Nam Coi sic membra senis, luxata reponis,
Vnum sint aptis corpus, vt articulis.
Vis sine figmento, de Téque, tuoque labore
Scire, quid ingenuus, pectore quisque tegat.
Hippocratem numerosa æquas breuitate, Galenũ
Ingenio, Celsi scripta Latina stylo.
Hæc tibi Doctorum de Te persuasio verax,
Debet ad vlterius subdere calcar iter.
Hoc age: felici quæ Te desistere cœpto
Causa mouet? quæso, visne referre pedem?
Promeritus Medicos: simili Mortalibus ægris
Officio, præsens auxiliator eris.


Ni facias, tanto qui munere te beat, illud
Auferet: esse Dei publica dona volunt.
Macte ergo virtute: ausis Cœlestis Apollo
Talibus æquus erit, perpetuóque fauens.

FR. ROSSETVS
D. Med.

SVMMA PRIVILEGII.

CAutum est Regis authoritate, ne quis in regno Franciæ, Librum qui inscribitur *Doctrina Hippocratis, &c. Authore Rodolpho Magistro, &c.* excudat, vendátve intra sexennium, absque permissu Authoris: Multâ indicta publicationis exemplarium, in eum qui secus fecerit: prout ampliùs in ipso Diplomate continetur. Lutetiæ Parisiorum Cal. Aprilis. A. S. M.DC.XIII.

Sic signatum, PERROT.



AV ROY.

SIRE,

C'eſt voſtre Maieſté qui me donne ce loyſir d'eſcrire, dont ie luy en rends compte. Loyſir (diſ-je) le peu de temps que ie puis ménager ſur les grandes occupations de ma charge, penible & pleine de ſoucy, plus que nulle autre. Car à ſeruir les perſonnes de tant de Princes, & de telle importance, il y a non ſeulement de la difficulté, mais du danger de la reputation. Meſmes en ce

temps, où la Calomnie abbaye si librement à la Vertu, & au merite des gens de bien. Ce grand Henry vostre Pere, auquel i'auoye desia seruy prés de vingt ans: mettant ce fais sur moy, me soulageoit du secours de sa prudence en telle sorte: que la pesanteur m'en sembloit tolerable tant qu'il a vescu. Et aujourd'huy appuyé sur la clemence de vostre Majesté, & sur l'Equité de la Royne vostre Mere, qui balance au pois de la verité & de la Iustice, les paroles comme les actions: Ie puis ioüir du méme repos & tranquillité, & mépriser librement les embusches, & surprises de l'Enuie. I'en rends donc les graces tres-humbles deuës à vos Ma-


jeſtés : & pour recognoiſſance ie leur offre la continuation de mes ſeruices & de mes eſcripts. Voſtre Majeſté a eu autrefois agreable L'Inſtitution du Prince, *que ie vous presentay deuant qu'euſsiés atteint l'âge de ſept ans : puis* La facetieuſe bataille d'Homere, *ſubiet delectable à vos premieres leçons : En apres* La Sageſſe des Anciens *transferée du Grec, comme de l'Academie de la vertu. Et depuis peu, noſtre* Tacite François, *Autheur digne des Roys, & propre à former la Prudẽce. Maintenant ie me promets qu'elle recẽura auſsi de bon œil,* Les plus rares ſecrets *du moyen de conſeruer la vie.* C'*eſt vn preſent* (SIRE)

dont la valeur se pourroit égaler aux Tresors des Indes: si la conseruation de la vie de vostre Majesté, tant vtile & necessaire à la Chrestienté, pouuoit souffrir quelque pris. SIRE *fauorisés ce Liure du regard coustumier de vostre clemence, que vous declarés à tous autres. Ainsi le grand Dieu puisse augmenter à vos Majestés l'abondance de ses dons, & nous les conseruer tousiours, comblées de contentemens & benedictions.*

M. DC. XIII.

De V. Maiesté le tres-humble & tres-fidele subiet, & seruiteur,

ROD. LE MAISTRE.



ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ

ΑΦΟΡΙΣΜΩΝ

ΤΜΗΜΑ ΠΡΩΤΟΝ.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Προπέμψας δύω Ἀφορισμοὺς περὶ τῆς κενώσεως τῆς αὐτομάτως καὶ τῆς κενεαγγείας, τῶν αὐτῶν τὸ μέτρον, καὶ τὴν ποιότητα διδάσκει ὁρίζειν κατὰ τὸ ἔθος τῆς φύσεως· ἔπειτα περιγράφει νόμους τοῦ διαιτᾶν, καὶ τοῦ καθαίρειν.

I

Ὁ Βίος βραχὺς, ἡ δὲ τέχνη μακρὴ, ὁ δὲ καιρὸς ὀξὺς, ἡ δὲ πεῖρα σφαλερὴ, ἡ δὲ κρίσις χαλεπή. δεῖ δὲ οὐ μόνον, ἑωυτὸν παρέχειν τὰ δέοντα ποιέ-

APHORISMORVM HIPPOCRATIS,

PRIMA SECTIO.

ARGVMENTVM.

Prima sectio præmißis duobus Aphorismis de spontanea purgatione & mißione sanguinis, vacuandi qualitatem ac modum ex Naturæ instituto definire docet: deinde viuendi, & postremò purgandi leges præscribit.

Procœmium operis.

I.

VITA breuis, Ars autem longa est: & Occasio, momentaneo præcipitata lapsu, ferméq. incomprehēsa, incertum Iudicium, ac periculosam relinquit Experientiam. Medendi verò prudentiâ, quantumuis instructus accedas, omniáq. præstes, quæ ad legitimam curationem desiderari videantur: perdis operā, nisi Aegrum obsequentem habeas, vel sese con-

uenienter gerentem : & qui ei assistunt Ministri, suo muneri omnes officiosè incumbãt, cæteráque externa ritè respondeant.

Purgatio ad imitationem naturæ instituenda.

2.

Ventris turbationibus, vomitibusque spontaneis, si talia purgentur, qualia purgari conuenit, id Aegris commodo est, cedítque feliciter : sin minùs contrario fit successu, & cum accessione detrimenti. De vasorũ inanitione, idem omnino iudicium est, eam scilicet vtilem esse, faciléq. ferri, siquidem talis sit, qualem fieri decet : sin minùs rem planè cõtrà se habere. Hîc verò sedulò consideranda sunt, regio, tempus, ætas, atque adeò ipsa morborũ natura vel conditio, quibus illa aut consentanea, aut aliena sint.

οντα, ἀλλὰ καὶ τὸν νοσέοντα, καὶ τοὺς παρεόντας, καὶ τὰ ἔξωθεν.

2.

Ἐν τῇσι ταραχῇσι τῆς κοιλίης, 2
καὶ τοῖσιν ἐμέτοισι, τοῖσιν αὐτομάτως γινομένοισιν, ἢν μὲν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι, καθαίρωνται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσιν· ἢν δὲ μὴ τοὐναντίον. οὕτω δὲ καὶ ἡ κενεαγγείη, ἢν μὲν οἵην δεῖ γίγνεσθαι, γίγνηται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσιν· ἢν δὲ μὴ τοὐναντίον. ἐπιβλέπειν οὖν δεῖ, καὶ χώρην, καὶ ὥρην, καὶ ἡλικίην, καὶ νούσους ἐν ᾗσι δεῖ, ἢ οὔ.

3.

3 Ἐν τοῖσι γυμναστικοῖσιν, αἱ ἐπ' ἄκρον εὐεξίαι, σφαλεραί, ἢν ἐν τῷ ἐσχάτῳ ἔωσιν· οὐ γὰρ δύνανται μένειν ἐν τῷ αὐτέῳ, οὐδὲ ἀτρεμέειν. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἀτρεμέουσιν, οὐδέ τι δύνανται ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐπιδιδόναι, λείπεται ἐπὶ τὸ χεῖρον. τουτέων οὖν εἵνεκα, τὴν εὐεξίην λύειν ξυμφέρει μὴ βραδέως, ἵνα πάλιν ἀρχὴν ἀναθρέψιος λαμβάνῃ τὸ σῶμα. μηδὲ τὰς συμπτώσιας ἐς τὸ ἔσχατον ἄγειν, σφαλερὸν γάρ. ἀλλ' ὁκοίη ἂν ἡ φύσις ᾖ τοῦ μέλλοντος ὑπομένειν, εἰς τοῦτο ἄγειν. ὡσαύτως δὲ καὶ αἱ κενώ-

Phlebotomiæ cautiones.

3.

In plenis ac robuſtis,vt Athletarũ corporibus,ſummæ Εὐεξίαι, quæ videlicet extremo plénitudinis gradu conſiſtant,periculoſæ admodũ eſſe ſolent: quia non poſſunt diu in eodẽ ſtatu manere, aut quieſcere. Cùm verò nõ quieſcãt,nec poſſint vltra in melius progredi, eas in deterius reuolui neceſſe eſt. His de cauſis ſummas illas Εὐεξίας, ſine mora,& maturè ſoluere cõfert, vt Naturæ ſuperſit quod agat, & corpus ad ſolita redeat ſui nutriẽdi reficiẽdíq.munia. At certum vacuationũ, definitúmq. modum eſſe oportet: quas ad extremam vaſorum ſubſidentiã perducere, res eſt ſuſpecta, & periculo propinqua.Scias igitur ſatis eſſe, eò vſque vacuando progredi, dum natura illius, cuius res agitur, facilè ferat. Vacuationes e-

nim in extrema progressæ, non ſine periculo fiunt: vt refectiones immodicæ non ſine damno decernuntur.

De ratione victus, Aphoriſmi XVI.

4.

De victus ratione, quæ inter pręcipua cenſetur medicinæ præſidia, ſic ſtatuẽdum videtur. Eum in quibuſcunque longioribus morbis tenuem atque exquiſitũ ſemper damno eſſe: in acutis autem, vbi minimè conueniat, periculum etiam accerſere. Sic habeto igitur, omnẽ victus extremam tenuitatem vbique moleſtam eſſe, non ſecus ac plenitudine modum ſuperante, vel conſiſtente in extremo, valetudo turbari ſolet.

5.

Victus enim tenuitate ſemper lædũtur ægri, peccántq. magis tenui, quàm paulò pleniore victu. imò

σιες, αἱ ἐς τὸ ἔσχατον ἄγουσαι,
σφαλεραί. καὶ πάλιν αἱ ἀναθρέ-
ψιες αἱ ἐν τῷ ἐσχάτῳ ἐοῦσαι,
σφαλεραί.

4

Αἱ λεπταὶ καὶ ἀκριβέες δί- 4
αιται, καὶ ἐν τοῖσι μακροῖσιν
αἰεὶ πάθεσι, καὶ ἐν τοῖσιν ὀξέσιν,
οὗ μὴ ἐπιδέχεται, σφαλεραί.
καὶ πάλιν, αἱ ἐς τὸ ἔσχατον λε-
πτότητος ἀφιγμέναι δίαιται, χα-
λεπαί. καὶ γὰρ αἱ πληρώσιες αἱ
ἐς τὸ ἔσχατον ἀφιγμέναι, χαλε-
παί.

5.

Ἐν τῇσι λεπτῇσι διαίτῃσιν ἁ- 5
μαρτάνουσιν οἱ νοσέοντες, δι' ὃ
μᾶλλον βλάπτονται. πᾶν γὰρ τὸ

ἁμάρτημα ὃ ἂν γίνηται, μέγα γίνεται μᾶλλον ἐν τῇσι λεπτῇσι, ἢ ἐν τῇσιν ὀλίγον ἁδροτέρῃσι διαίτῃσι. διὰ τοῦτο καὶ τοῖσιν ὑγιαίνουσι, σφαλεραὶ αἱ πάνυ λεπταὶ, καὶ καθεστηκυῖαι, καὶ ἀκριβέες δίαιται, ὅτι τὰ ἁμαρτανόμενα χαλεπώτερον φέρουσι. διὰ τοῦτο οὖν αἱ λεπταὶ καὶ ἀκριβέες δίαιται, σφαλεραὶ ἐς τὰ πλεῖστα τῶν σμικρὸν ἁδροτέρων.

6.

6 Ἐς δὲ τὰ ἔσχατα νοσήματα, αἱ ἔσχαται θεραπεῖαι ἐς ἀκριβείην κράτισται.

7.

7 Ὅκου μὲν οὖν κάτοξυ τὸ νόσημα, αὐτίκα καὶ τοὺς ἐσχάτους πόνους ἔχει, καὶ τῇ ἐσχάτως λεπτοτάτῃ διαίτῃ ἀναγκαῖον χρέεσθαι. ὅκου δὲ μὴ, ἀλλ᾽

ſanis etiam, valde tenuis, ſtatus, exquiſitúſque victus ideò eſt periculoſus, quòd errores difficiliùs ferant: ſi qui deinde vel ſponte, vel ex neceſſitate committantur. Hinc ergo ſatis conſtat, exquiſitam victus tenuitatem ad periculum vbique propenſiorem eſſe, quàm liberalem, ac paulò pleniorem viuendi rationem.

6.

Ad extremos tamen morbos, exquiſitè extrema opponenda remedia.

7.

Quamobrem ſi peracutus ſit morbus, vt ſtatim labores habet extremos, ſic ipſo ineunte, extremè tenuiſſimo vtendum victu: ſin minùs, & contrà ſe res habeat,

ἁμάρτημα ὃ ἂν γίνηται, μέγα γίνεται μᾶλλον ἐν τῇσι λεπτῇσι, ἢ ἐν τῇσιν ὀλίγον ἁδροτέρῃσι διαίτῃσι. διὰ τοῦτο καὶ τοῖσιν ὑγιαίνουσι, σφαλεραὶ αἱ πάνυ λεπταὶ, καὶ καθεστηκυῖαι, καὶ ἀκριβέες δίαιται, ὅτι τὰ ἁμαρτανόμενα χαλεπώτερον φέρουσι. διὰ τοῦτο οὖν αἱ λεπταὶ καὶ ἀκριβέες δίαιται, σφαλεραὶ ἐς τὰ πλεῖστα τῶν σμικρὸν ἁδροτέρων.

6.

6 Ἐς δὲ τὰ ἔσχατα νοσήματα, αἱ ἔσχαται θεραπεῖαι ἐς ἀκριβείην κράτισται.

7.

7 Ὅκου μὲν οὖν κατοξὺ τὸ νόσημα, αὐτίκα καὶ τοὺς ἐσχάτους πόνους ἔχει, καὶ τῇ ἐσχάτως λεπτοτάτῃ διαίτῃ ἀναγκαῖον χρέεσθαι. ὅκου δὲ μὴ, ἀλλ᾽

ſanis etiam, valde tenuis, ſtatus, exquiſitúſque victus ideò eſt periculoſus, quòd errores difficiliùs ferant: ſi qui deinde vel ſponte, vel ex neceſſitate committantur. Hinc ergo ſatis conſtat, exquiſitam victus tenuitatem ad periculum vbique propenſiorem eſſe, quàm liberalem, ac paulò pleniorem viuendi rationem.

6.

Ad extremos tamen morbos, exquiſitè extrema opponenda remedia.

7.

Quamobrem ſi peracutus ſit morbus, vt ſtatim labores habet extremos, ſic ipſo ineunte, extremè tenuiſſimo vtendum victu: ſin minùs, & contrà ſe res habeat,

liberaliùs alere prorſus neceſſe eſt, à tenuitate tantùm recedendo, quantò ab extremis morbus longiùs receſſerit, remiſſiórque fuerit.

8.

Vnde in vigore morborum vel omninò abſtinere conuenit, vel tenuiſſimam viuendi rationem obſeruare.

9.

Animo tamen in id ſemper intento; quid valeant Aegrotantis vires, & an ſubſiſtant eo victu integræ, vſque ad vigorem morbi, vel an ille deficiat priùs, remittátque de ſua vehementia.

10.

Appetente igitur vigore cibos parciore manu miniſtrabis: ſin minùs tantùm de illis ſubtrahes, quantò propiùs aderit vigor, lon-

ἐνδέχεται ἁδροτέρως διαιτῶν· τοσοῦτον ὑποκαταβαίνειν, ὁκόσον ἂν ἡ νοῦσος μαλθακωτέρη τῶν ἐσχάτων ᾖ.

8.

Ὁκόταν δὲ ἀκμάζῃ τὸ νόσημα, 8
τότε καὶ τῇ λεπτοτάτῃ διαίτῃ ἀναγκαῖον χρέεσθαι.

9.

Συντεκμαίρεσθαι δὲ χρὴ καὶ τὸν νο- 9
σέοντα, εἰ ἐξαρκέσει τῇ διαίτῃ πρὸς τὴν ἀκμὴν τῆς νούσου· καὶ πότερον ἐκεῖνος ἀπαυδήσει πρότερον, καὶ οὐκ ἐξαρκέσει τῇ διαίτῃ· ἢ ἡ νοῦσος πρότερον ἀπαυδήσει, καὶ ἀμβλυνεῖται.

10.

Ὁκόσοισι μὲν οὖν αὐτίκα ἡ ἀκ- 10
μὴ, αὐτίκα λεπτῶς διαιτῶν. ὁκόσοισι δὲ ἐς ὕστερον ἡ ἀκμὴ, ἐς ἐκεῖνο καὶ πρὸ ἐκείνου μικρὸν ἀ-

φαιρετέον. ἔμπροσθεν δὲ, ποτέρως διαιτητέον, ὡς αὖ ἐξαρκέσῃ ὁ νοσέων.

II. 19.

11 Ἐν τοῖσι παροξυσμοῖσιν ὑποστέλλεσθαι χρὴ, τὸ προστιθέναι γὰρ βλάβη. καὶ ὁκόσα κατὰ περιόδους παροξύνεται, ἐν τοῖσι παροξυσμοῖσιν ὑποστέλλεσθαι χρή. τοῖσιν ἐν τῇσι περιόδοισι παροξυνομένοισι μηδὲν διδόναι, μηδ᾽ ἀναγκάζειν, ἀλλ᾽ ἀφαιρέειν τῶν προσθεσίων πρὸ τῶν κρισίων.

12.

12 Τοὺς δὲ παροξυσμοὺς, καὶ τὰς καταστάσιας δηλώσουσιν αἱ νοῦσοι, καὶ αἱ ὧραι τοῦ ἔτεος, καὶ αἱ τῶν περιόδων πρὸς ἀλλήλας ἐπιδόσιες, ἤν τε καθ᾽ ἡμέρην, ἤν τε παρ᾽ ἡμέρην, ἤν τε καὶ διὰ πλείονος χρόνου γίνων-

giúſve receſſerit: ita vt conſtantes durare queant ægrotantis vires.

II. 19.

Eadémque ipſa de cauſa in acceſſionibus, & per circuitus recurrentibus paroxyſmis, & in criſibus morborum alimenta quia nocent, minimè offeres ſollicitatis coactíſue laborantibus; ſed ea pro ratione vel ſubduces, vel etiam in totum aliquando auferes. Quippe in illis abſtinere bonum, nutrire autem iniuria eſt.

12.

Paroxyſmos verò, vigoréſque ſuos ipſi morbi, pro ſe quiſque facilè, & ſucceſſiuæ circuituum inter ſe reciprocationes indicabunt: ſiue illæ ſingulis diebus, vel alternis, maioréve interuallo fiant. Item & anni tempora, & morborum

Ἐπιφαινόμενα, ipſorum conſtitutiones moréſque indicare poſſunt: vt in pleuriticis ſputa ſtatim initiò apparere, breuitatem morbi, tardiùs autem eius longitudinem ſignificant. Quin & vrinæ, deiectiones, ſudores, vt apparuerint, morbos tum faciles tum difficiles iudicatu, & breues longóſque denunciant.

Victus circa ætates & anni tempeſtates.

13.

Deinceps de victu obſeruando circa ætates, & anni tempora. Senes ferunt inediam faciliùs, quàm qui ætate ſunt conſtanti, hi quàm Adoleſcentes, pueri autem difficillimè omnium: Atque inter eos quidem grauiùs etiam ferunt ieiuniũ, quicunq. ſunt viuidiores, prõptioríſq. animi. Hac ſcilicet ratione:

14.

Quæ enim creſcunt plurimùm habent innati caloris, vnde & plu-

ται. ἀτὰρ καὶ τοῖσιν ἐπιφαινομένοισιν, οἷον ἐν πλευριτικοῖς πτύελον αὐτίκα ἢν ἐπιφαίνηται, ἀρχομένου βραχύνει· ἢν δ' ὕστερον ἐπιφαίνηται, μηκύνει. καὶ οὖρα, καὶ ὑποχωρήματα, καὶ ἱδρῶτες, καὶ εὔκριτα, καὶ δύσκριτα, καὶ βραχέα καὶ μακρὰ τὰ νοσήματα ἐπιφαινόμενα δηλοῖ.

13.

Γέροντες εὐφορώτατα νηστείην 13 φέρουσι, δεύτερον οἱ καθεστηκότες, ἥκιστα τὰ μειράκια, πάντων δὲ μάλιστα παιδία. τουτέων δὲ αὐτέων ἃ ἂν τύχῃ αὐτὰ ἑωυτῶν προθυμότερα ἐόντα.

14.

Τὰ αὐξανόμενα τὸ θερμὸν ἔχει 14 πλεῖστον τὸ ἔμφυτον, πλείστης οὖν

δεῖται τροφῆς· ἢν δὲ μὴ, τὸ σῶμα ἀναλίσκεται. γέρουσι δὲ ὀλίγον τὸ θερμόν. διὰ τοῦτο ἄρα ὀλίγων ὑπεκκαυμάτων δέονται· ὑπὸ πολλῶν γὰρ ἀποσβέννυται. διὰ τοῦτο καὶ οἱ πυρετοὶ τοῖσι γέρουσι οὐχ ὁμοίως ὀξέες· ψυχρὸν γὰρ τὸ σῶμα.

15. 18.

15 Αἱ κοιλίαι χειμῶνος, καὶ ἦρος θερμόταται φύσει, καὶ ὕπνοι μακρότατοι. ἐν ταύτῃσιν οὖν τῇσιν ὥρῃσι, καὶ τὰ προσάρματα πλείω δοτέον· καὶ γὰρ τὸ ἔμφυτον θερμὸν πολύ· τροφῆς οὖν πλείονος δέονται. σημεῖον αἱ ἡλικίαι, καὶ οἱ ἀθληταί. θέρεος δὲ καὶ φθινοπώρου σιτία δυσφορώτατα φέ-

rimo alimento indigent: ne calor deficiẽte alimẽto, in ipſum corpus ſuas intentet vires, ídque abſumat. Senibus autẽ minimùm eſt caloris, quibus propterea paucis fomitibus opus eſt, ne à plurib. exiguus calor extinguatur. Quæ cauſa eſt, cur acutis febribus minùs infeſtẽtur ſenes, quòd frigidius habeãt corpus.

15. 18.

Hyeme cibis indulgere liberaliùs, quòd ſint ventres eo tempore calidiſſimi, ſomníq. longiſſimi: calor verò natiuus multus admodũ. poſteà etiã vere ob eandẽ cauſam victum concedere pleniorẽ, quàm Aeſtate vel Autumno, quibus temporib. conſtat alimẽta ferri difficiliùs, calore ſcilicet iam debilitato ac veluti lãgueſcente. Hîc igitur vt in Aetatib. & in Athletis, par omnino ratio eſt; plus ciborũ ſemper adhibendũ, vbicunq. magis vigeãt ca-

loris vires: vigent autem illæ Hyeme primùm, deinde Vere.

17.

Item diligenter attendere, quibus ſemel aut bis, plus aut minùs alimẽti offerri oporteat: quibus etiam multa ſimul aut paulatim certis horis diſtribui: qua in re & regioni & ætati & conſuetudini, eſt aliquid concedendum.

16.

Quibus hoc etiam addere conſentaneũ videtur, humidum victũ tum febricitantibus aptiſſimũ eſſe, tum pueris maximè, & aliis eo victus genere vti ſolitis.

De purgatione.

20.

Cæterùm in medicationibus hæc obſeruare: vt nihil moueas aut noues purgantibus medicamentis, aliiſve quibuſcunque irritamentis, ſiue iudicentur adhuc morbi, ſeu

ρουσι. χειμῶνος ῥήϊστα, ἦρος δευ-
τερον.

17.

Καὶ οἷσιν ἅπαξ ἢ δὶς, ἢ πλείω 16
ἢ ἐλάσσω, ἢ κατὰ μέρος. δοτέον δὲ
τί, καὶ τῇ ὥρῃ, καὶ τῇ χώρῃ, καὶ
τῇ ἡλικίῃ, καὶ τῷ ἔθει.

16.

Αἱ ὑγραὶ δίαιται πᾶσι τοῖσι 17
πυρεταίνουσι ξυμφέρουσι, μάλι-
στα δὲ παιδίοισι, καὶ τοῖσιν ἄλλοισι
τοῖσιν οὕτως εἰθισμένοισι διαιτᾶ-
σθαι.

20.

Τὰ κρινόμενα, καὶ τὰ κε- 18
κριμένα ἀρτίως μὴ κινέειν μη-
δὲ νεωτεροποιέειν, μήτε φαρμα-

κίνησι, μήτε ἄλλοισιν ἐρεθισμοῖσιν, ἀλλ᾽ ἐᾶν.

21.

18 Ἃ δεῖ ἄγειν, ὅκου ἂν μάλιστα ῥέπῃ ἡ φύσις διὰ τῶν ξυμφερόντων χωρίων, ταύτῃ ἄγειν.

22.

19 Πέπονα φαρμακεύειν καὶ κινέειν, μὴ ὠμὰ, μηδὲ ἐν ἀρχῇσιν, ἢν μὴ ὀργᾷ· τὰ δὲ πλεῖστα οὐκ ὀργᾷ.

24.

20 Ἐν τοῖσιν ὀξέσι πάθεσιν ὀλιγάκις, καὶ ἐν ἀρχῇσι τῇσι φαρμακείῃσι χρέεσθαι, καὶ τοῦτο προεξευκρινήσαντας ποιέειν.

23. 25.

21 Τὰ χωρέοντα μὴ τῷ πλήθει τεκμαίρεσθαι, ἀλλ᾽ ὡς ἂν χωρέῃ οἷα δεῖ, καὶ φέρῃ εὐφόρως. καὶ ὅκου δεῖ

iam ſint perfectè iudicati, ſed manum prorſus abſtineas.

21.

Et ſi quando purgare opus fuerit, quò maximè Natura vergit, per loca nimirum conferentia, eò ducere.

22.

Cōcocta autem medicari & mouere, non cruda: nec in principiis vnquam, niſi turgeant humores, quos rarò turgere accidit.

24.

Similiter in Acutis morbis rarò admodum purgare, niſi purges in principiis, quod quidem nec fieri debet, niſi adhibita ſingulari prudentia & iudicio.

23. 25.

Purgationes autem vt vires ferent, & res poſtulare videbitur, vel vſque ad animi defectionem

perducere. Vacuationes æstimando non copiâ, sed solùm si talia purgentur, qualia conuenit,& eas facilè ferant Aegri.

SECVNDA SECTIO.

ARGVMENTVM.

Hîc primùm traditis quibusdam præceptis de vacuatione, mox varij Aphorismi subiunguntur de ratione victus, de labore, de somno & vigilia: postremò de signis morborum promiscuè tum demonstratiuis, tum prognosticis

De purgatione, Aphor. VII.

51.

MVltùm ac repentè vacuare vel replere, vel calefacere vel refrigerare, vel quouis alio modo corpus mouere periculosum: tum

ἄχει

ἄγει τῆς λειποθυμίης ἄγειν, καὶ τοῦτο ποιέειν, ἢν ἐξαρκέῃ ὁ νοσέων. ἢν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι καθαίρωνται, ξυμφέρει τε, καὶ εὐφόρως φέρουσι. τὰ δ' ἐναντία δυσχερῶς.

ΤΜΗΜΑ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Ἐνταῦθα μὲν πρῶτον περὶ τῶν προεσταλμάτων παραδοθεῖσι περὶ κενώσεως, αὐτίκα ποικίλοι ὑποτάσσονται Ἀφορισμοὶ περὶ διαίτης, πόνου, ὕπνου, καὶ ἀγρυπνίας· τὰ ὕστατα περὶ σημείων τῶν νοσημάτων συγκεχυμένως διαγνωστικῶν τε καὶ προγνωστικῶν.

§I.

ΤΟ κατὰ πολὺ καὶ ἐξαπίνης 1
κενοῦν, ἢ πληροῦν, ἢ θερμαίνειν, ἢ ψύχειν, ἢ ἄλλως ὁκωσοῦν τὸ σῶμα κινεῖν, σφαλερόν. καὶ γὰρ

πᾶν γὰρ πολὺ τῇ φύσει πολέμιον· τὸ δὲ κατ' ὀλίγον, ἀσφαλὲς, καὶ ἄλλως, ἢν τις ἐξ ἑτέρου ἐφ' ἕτερον μεταβαίνῃ.

9.

2 Τὰ σώματα χρὴ, ὅκου ἄν τις βούληται καθαίρειν, εὔροα ποιέειν.

37. 36.

3 Οἱ εὖ τὰ σώματα ἔχοντες, φαρμακεύεσθαι ἐργώδεες. οἱ ὑγιεινῶς ἔχοντες τὰ σώματα, ἐν τῇσι φαρμακείῃσι καθαιρόμενοι, ἐκλύονται ταχέως, καὶ τῇ πονηρῇ τροφῇ χρεόμενοι.

22.

4 Ἀπὸ πλησμονῆς ὁκόσα ἂν νοσήματα γένηται, κένωσις ἰῆται· καὶ ὁκόσα ἀπὸ κενώσιος, πλησμονή· καὶ τῶν ἄλλων ἡ ὑπεναντίωσις.

aliàs, tum ſi tranſeas ad contrarium. Naturæ ſiquidem omne nimium hoſtiliter aduerſatur. At ſenſim ac per vices agere aliquid liberum à periculo, tutúmque eſt.

9.

Purgationem inſtituenti, fluida eſſe corpora conſentaneum eſt, atque humores ita comparatos vt faciliùs trahentibus medicamentis obſequantur.

37. 36.

Valde ſani non ferunt purgationes ſine labore: & purgando exolui ſolent. Quod idem accidit iis qui vitioſis alimentis veſcuntur.

22.

Sed vacuatione curantur, quicumq. morbi ex repletione fiunt: quemadmodum à nimia vacuatione ortos, curat repletio. Quæ contrarietas etiam in cæteris ſeruari debet.

29. 30.

Vigentibus tamen morbis & in ſtatum progreſſis, quo tempore ſunt omnia vehementiſſima, quieſcere ſatius eſt: in principiis autẽ mouere, ſi quid videatur mouendum, vel in fine cùm remiſſiora fuerint omnia.

Non temerè mutanda remedia.

52.

Comparatis ex arte remediis atque pro ratione adhibitis, ſi minimè reſpondeat ſucceſſus, ſtétque nihilominùs res in eodem quò initiò fuerat loco, nihil temerè mutandum.

De Victus ratione, Aphor. XIV.

4. 17.

Non ſatietas, non fames, neque aliud quidquam bonum eſt, quod Naturę modũ excedat. Et ex nimia ſatietate morbos generari, indubitato argumento eſt ipſa ſanatio.

29. 30.

Ἀρχομένων τῶν νούσων, ἤν τι 5
δοκέῃ κινέειν, κίνει· ἀκμαζουσῶν
δὲ, ἡσυχίην ἔχειν βέλτιόν ἐστιν.
περὶ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ τέλη,
πάντα ἀσθενέστερα· περὶ δὲ τὰς
ἀκμὰς, ἰσχυρότερα.

52.

Πάντα κατὰ λόγον ποιέοντι, 6
μὴ γινομένων τῶν κατὰ λόγον, μὴ
μεταβαίνειν ἐφ' ἕτερον, μένοντος
τοῦ δόξαντος ἐξ ἀρχῆς.

4. 17.

Οὐ πλησμονὴ, οὐ λιμὸς, οὐδ' 7
ἄλλο οὐδὲν ἀγαθὸν, ὅτι ἂν μᾶλ-
λον τῆς φύσιος ᾖ· ὅκου ἂν τρο-
φὴ παρὰ φύσιν πλείων εἰσέλθῃ,
τοῦτο νοῦσον ποιέει· δηλοῖ δὲ καὶ
ἡ ἴησις.

7.

8 Τὰ ἐν πολλῷ χρόνῳ λεπτυνόμενα σώματα, νωθρῶς ἐπανατρέφειν δεῖ· τὰ δὲ ἐν ὀλίγῳ, ὀλίγως.

8.

9 Ην ἐκ νόσου τροφὴν λαμβάνων τις μὴ ἰσχύῃ, σημαίνει ὅτι τὸ σῶμα πλείονι τροφῇ χρέεται· ἢν δὲ τροφὴν μὴ λαμβάνοντος, τοῦτο γίγνηται, χρὴ εἰδέναι ὅτι κενώσιος δέεται.

10.

10 Τὰ μὴ καθαρὰ τῶν σωμάτων, ὁκόσον ἂν θρέψῃς, μᾶλλον βλάψεις.

11. 18.

11 Ῥᾶον πληροῦσθαι ποτοῦ ἢ σιτίου, τῶν τρεφόντων ἀθρέως τὸ

7.

Longo tempore contractam extenuationẽ corporum sensim, auctísque paulatim alimentis reficere oportet: quæ autem citò irrepsit citata nutritione sic restituẽda est, vt quodammodo paria sint, extenuandi reficiendíque temporum momenta.

8.

Quòd si quis post morbum accessione alimenti minimè recreatur, verisimile est copiam obesse, quâ subducta & ad modum reuocata idem si accidat, scias purgatione opus esse.

10.

Sin minùs, quò magis impura corpora nutrieris, eò magis læseris.

11. 18.

Potulẽtis facilius est, quàm Esculentis refici. Et potulentorum tam

celeres sunt excretiones quàm citę distributiones.

21.

Meri potione fames coërcetur.

16.

Si quibus de causis vel præsens vel futura inedia est, omnem laborem vitare oportet.

38.

Paulò peiorem & potum & cibum, qui tamen Aegro magis placeat, optimis quidem, minùs autem gratis præferre aliquando licet.

33.

In omni morbo mente constare, & ad alimenta, cùm offeruntur, bene se habere, sunt optima speratæ salutis indicia: Contrà autem se habere,

31.

Et à morbo bene cibatum corpus nihil proficere in malis censemus.

ταχέως, ταχεῖαι καὶ αἱ διαχωρή-
σιες γίγνονται.

21.

Λιμὸν θώρηξις λύει. 12

16.

Ὅκου λιμὸς, οὐ δεῖ πονέειν. 13

38.

Τὸ σμικρῷ χεῖρον καὶ πόμα καὶ 14
σιτίον, ἥδιον δὲ, τῶν βελτιόνων μὲν,
ἀηδεστέρων δὲ, μᾶλλον αἱρετέον.

33.

Ἐν πάσῃ νούσῳ τὸ ἐῤῥῶσθαι 15
τὴν διάνοιαν, καὶ εὖ ἔχειν πρὸς
τὰς προσφορὰς, ἀγαθόν· τὸ δὲ
ἐναντίον, κακόν.

31.

Τῷ ἀνασιτέοντι ἐξ ἀῤῥωστίης, 16
μηδὲν ἐπιδιδόναι τὸ σῶμα, μο-
χθηρόν.

34.

17 Ὡς τὰ πολλὰ πάντες οἱ φαύλως ἔχοντες, κατ' ἀρχὰς μὲν εὐσιτέοντες, καὶ μηδὲν ἐπιδιδόντες, πρὸς τῷ τέλει πάλιν ἀσιτέουσιν· οἱ δὲ κατ' ἀρχὰς μὲν ἀσιτέοντες ἰσχυρῶς, ὕστερον δὲ εὐσιτέοντες, βέλτιον ἀπαλλάσσουσιν.

15.

18 Ὅκου φάρυγξ νοσέει, ἢ φύματα ἐν τῷ σώματι ἐκφύεται, σκέπτεσθαι χρὴ τὰς ἐκκρίσιας· ἢν γὰρ χολώδεες ἔωσι, τὸ σῶμα ξυννοσέει· ἢν δὲ ὅμοιαι τοῖσιν ὑγιαίνουσι γίγνωνται, ἀσφαλὲς τὸ σῶμα τρέφειν.

48.

19 Ἐν πάσῃ κινήσει τοῦ σώματος ὁκόταν ἄρχηται πονέειν, τὸ δι-

32.

Qui cibos initiò morborum facilè appetunt, præter quàm quod nihil proficiunt, circa finem vicissim, cùm maximè alere opus esset, eorum fastidio teneri solent. Contrà autem qui cibos auersantur initio, eos posteà faciliùs admittunt, ac feliciùs restituuntur.

15.

Si quando malè habeant fauces, aut corpore tubercula erumpant, cōsiderandæ sunt excretiones: quę si humore bilioso perfusæ videantur, vnà malè affectum est corpus: si verò similia sanis appareant, corpus sine metu, ac tutò nutriri potest.

De exercitatione & labore:

Aphor. IV.

48.

In omni motu corporis, cùm ipsum incipit laborare, si fiat statim

laboris intermissio, cito etiam lassitudinem tollit.

49.

Labores assuetos imbecilli aut senes faciliùs ferunt, quàm robusti iuuenes quibus insueti sint.

50.

Et quæcunq. tibi ex longo tempore per consuetudinem familiaria feceris, licet peiora sint, minùs tamen quàm insolita, turbare consueuerunt: vnde vtile est aliquando ad insueta transire.

5.

Quæ lassitudines cum grauitate totius corporis non à labore, sed sponte fiunt, morbos futuros prænunciant.

De somno & vigil. Aphor. III.

3.

Somnus & vigilia sine damno excedi non possunt.

ἀναπαύειν εὐθὺς ἄκοπον.

49.

Οἱ εἰθισμένοι τοὺς συνήθεας 20
πόνους φέρειν, κἢν ὦσιν ἀσθενέες
ἢ γέροντες, τῶν ἀσυνήθων, ἰσχυ-
ρῶν τε καὶ νέων, ῥᾷον φέρουσι.

50.

Τὰ ἐκ πολλοῦ χρόνου συνή- 21
θεα, κἢν ᾖ χείρω, τῶν ἀσυνή-
θων ἧσσον ἐνοχλεῖν εἴωθε. δεῖ οὖν
καὶ ἐς τὰ ἀσυνήθεα μεταβάλλειν.

5.

Κόποι αὐτόματοι φράζουσι 22
νούσους.

3.

Ὕπνος, ἀγρυπνίη, ἀμφότε- 23
ρα μᾶλλον τοῦ μετρίου γινόμενα,
κακόν.

2.

24 Ὅκου παραφροσύνην ὕπνος παύῃ, ἀγαθόν.

1.

25 Ἐν ᾧ νοσήματι ὕπνος πόνον ποιέει, θανάσιμον· ἢν δὲ ὕπνος ὠφελέῃ, οὐ θανάσιμον.

34.

26 Ἐν τῇσι νούσοισιν ἧσσον κινδυνεύουσιν οἷσιν ἂν οἰκείη τῆς φύσιος, καὶ τῆς ἡλικίης, καὶ τῆς ἕξιος, καὶ τῆς ὥρης ἡ νοῦσος ᾖ μᾶλλον, ἢ οἷσιν ἂν μὴ οἰκείη κατά τι τουτέων.

27.

27 Τοῖσι μὴ κατὰ λόγον κουφίζουσιν οὐ δεῖ πιστεύειν, οὐδὲ φοβέεσθαι λίην τὰ μοχθηρὰ γινόμενα παραλόγως· τὰ γὰρ πολλὰ τῶν τοιουτέων ἐστὶν ἀβέβαια, καὶ οὐ

2.

Vbi delirium ſedauerit ſomnus, ſperatæ ſalutis indicium eſt:

1.

Et idem ſi laborem fecerit, lethalis credi poteſt; ſin autem contrà iuuerit, mortis metum omnem adimit.

De prognoſi generali: Aphor. III.

34.

Minùs periculi afferunt morbi, qui vel Naturæ, vel Aetati, vel habitui, vel tempori conueniāt: contrà autem periculoſi exiſtunt, qui ab illis plurimùm diſſideant.

27.

Quandoque accidit, vt ſubitò ſine vlla ratione morbus remittatur, cui rei non eſt magnopere fidendum: neque metuendum mala quæ citra rationem euenerint,

vt quæ parum ſibi conſtent, & minimè ſubſiſtant.

35.

In omnibus morbis partes circa vmbilicum, imúmque ventrem ſi bona ſint craſſitudine, meliùs ſperare iubent: ſin autem extenuatæ veluti tabeſcant malum: & in vẽtris purgationibus, etiam periculoſum eſt.

De prognoſi acutorum, Aphor. VI.

19.

In acutis morbis prorſus non ſunt certæ prædictiones neq. mortis, neque ſalutis.

23.

Diebus verò quatuordecim, vt plurimùm iudicantur.

24.

Et ſeptimi quidem diei quartus eſt index: octauus eſt ſecundæ ſe-

πολύ τι διαφθείρειν, οὐδὲ χρονίζειν εἴωθε.

15.

Ἐν πάσησι τῆσι νούσοισι, τὰ περὶ 28
τὸν ὀμφαλὸν καὶ τὸ ἦτρον πάχος ἔ-
χειν, βέλτιόν ἐστι· τὸ δὲ σφόδρα
λεπτὸν καὶ ἐκτετηκὸς, μοχθηρόν.
ἐπισφαλὲς δὲ τὸ τοιοῦτον καὶ πρὸς
τὰς κάτω καθάρσιας.

19.

Τῶν ὀξέων νοσημάτων οὐ πάμπαν 29
ἀσφαλέες αἱ προδιαγορεύσιες,
οὔτε τοῦ θανάτου, οὔτε τῆς ὑγιείης.

23.

Τὰ ὀξέα τῶν νοσημάτων κρίνεται ἐν 30
ταῖς τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρῃσι.

24.

Τῶν ἑπτὰ ἡ τετάρτη ἐπίδη- 31
λος. ἑτέρης ἑβδομάδος ἡ ὀγδόη

ἀρχή. θεωρητὴ δὲ ἡ ἑνδεκάτη· αὕτη γὰρ ἐστὶ τετάρτη τῆς ἑτέρης ἑβδομάδος. θεωρητὴ δὲ πάλιν ἡ ἑπτακαιδεκάτη· αὕτη γὰρ ἐστὶ τετάρτη μὲν ἀπὸ τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης, ἑβδόμη δὲ ἀπὸ τῆς ἑνδεκάτης.

13.

32 Ὁκόσοισιν ἡ κρίσις γίνεται, τυτέοισιν ἡ νὺξ δύσφορος ἡ πρὸ τοῦ παροξυσμοῦ· ἡ δὲ ἐπιοῦσα εὐφορωτέρη ὡς ἐπιτοπολύ.

12.

33 Τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα ἐν τῇσι νούσοισι μετὰ κρίσιν, ὑποστροφὰς ποιέειν εἴωθε.

14.

34 Ἐν τῇσι τῆς κοιλίης ῥύσεσιν αἱ μεταβολαὶ τῶν διαχωρημάτων ὠφελέουσιν, ἢν μὴ ἐς τὰ πονηρὰ μεταβάλλῃ.

ptimanæ initium : & vndecimus qui ab octauo quartus numeratur, index decimiquarti censeri debet: decimus autem septimus, tertiæ septimanæ quartus, vigesimi rationem indicat.

13.

Vbi crisis instat, nox eam proximè antecedens grauis & plena laboris esse solet: quæ verò sequitur quietior multò, leuiórque est.

12.

Quæ post crisin supersunt in morbis reliquiæ, recidiuas facere consueuerunt.

14.

In alui profluuiis cōmodæ sunt excrementorum mutationes, nisi fiant in peius.

De prognosi febrium, Aphor. III.

28.

Valde febricitantium corpus nihil imminutum eodem habitu persistere, aut magis quàm pro ratione colliquescere, illud morbi longioris, hoc imbecillitatis indicium est.

26.

Febrem conuulsioni superuenire melius est, quàm conuulsionem febri.

25.

Quartanæ æstiuæ sunt ferè breuiores, autumnales verò, & quæ maximè hyemem attingunt, maiore contumaciâ corporibus inhærescunt.

De affectibus senum propriis, Aphor. III.

39.

Senes minùs quidem infestantur morbis quàm iuuenes: sed qui

28.

Τῶν πυρεσσόντων μὴ παντάπασιν ἐπιπολαίως, τὸ διαμένειν, καὶ μηδὲν ἐνδιδόναι τὸ σῶμα, ἢ καὶ συντήκεσθαι μᾶλλον τοῦ κατὰ λόγον, μοχθηρόν· τὸ μὲν γὰρ μῆκος νούσου σημαίνει, τὸ δὲ ἀσθένειαν. 35

26.

Πυρετὸν ἐπὶ σπασμῷ βέλτιον γενέσθαι, ἢ σπασμὸν ἐπὶ πυρετῷ. 36

25.

Οἱ θερινοὶ τεταρταῖοι τὰ πολλὰ γίνονται βραχέες· οἱ δὲ φθινοπωρινοὶ, μακροὶ, καὶ μάλιστα οἱ πρὸς τὸν χειμῶνα συνάπτοντες. 37

39.

Οἱ πρεσβῦται τῶν νέων τὰ μὲν πολλὰ νοσέουσιν ἧσσον· ὁκόσα δ' ἂν 38

αὐτέοισι χρόνια νουσήματα γένηται, τὰ πολλὰ ξυναποθνήσκει.

40.

39 Βράγχοι δὲ κόρυζαι τοῖσι σφόδρα πρεσβύτῃσιν οὐ πεπαίνονται.

54.

40 Μεγέθει δὲ σώματος ἐννεάσαι μὲν, ἐλευθέριον καὶ οὐκ ἀηδές· ἐγγηρᾶσαι δὲ, δύσχρηστον, καὶ χεῖρον τῶν ἐλασσόνων.

44.

41 Οἱ παχέες σφόδρα κατὰ φύσιν, ταχυθάνατοι γίγνονται μᾶλλον τῶν ἰσχνῶν.

41.

42 Οἱ ἐκλυόμενοι πολλάκις καὶ ἰσχυρῶς ἄνευ φανερῆς προφάσιος, ἐξαπίνης τελευτῶσι.

illis accidunt, longi exiſtunt, & ferè vſque ad mortem comitantur.

40.

In illis raucedines & grauedines cùm iam ſunt ætate admodum prouecti, nullam coctionem admittunt.

54.

Corporis magnitudo, vt res eſt in iuuenta liberalis, & non indecẽs, ſic in ſenectute eſt oneroſa, inutilis, & paruitate deterior.

De vitæ breuitate, II.

44.

Qui craſſiore ſunt corporis habitudine, & naturâ valde obeſi, citiùs moriuntur, nec ſunt ita viuaces, vt qui graciles.

41.

Qui frequenter ac vehementer exolui ſolent ſine cauſa manifeſta, ferè accidit vt ſubita morte intereant.

De Vicißitud. alui per ætates, II.

20.

Hæc viciſſitudo in alui diſpoſitione obſeruari ſolet, vt quibus iuuenibus Aluus humida fluxáque fuerit, iis ſeneſcentibus illa ſicceſcens contrahatur; & quibus iuuenibus ſicca aſtrictáque, ipſis deinde grandioribus factis liqueſcens laxetur.

53.

Sed multò meliùs habent iuuenes, degúntque ſalubriùs, ſi humida ſint, ac fluente aluo, quàm ſi adſtricta: ſenes autem ſicciore aluo gaudent.

Diagnoſt. II.

6.

Quicunque parte aliqua corporis laborantes dolores minimè ſentiunt, mentem ipſam ægrotare ſignum eſt.

Οκό-

20.

Ὁκόσοισι νέοισιν ἐοῦσιν αἱ κοι- 43
λίαι ὑγραί εἰσι, τουτέοισιν ἀπογη-
ράσκουσι ξηραίνονται· ὁκόσοισι δὲ
νέοισιν ἐοῦσιν αἱ κοιλίαι ξηραί εἰσι,
τουτέοισι πρεσβυτέροισι γινομέ-
νοισιν ὑγραίνονται.

53.

Ὁκόσοι τὰς κοιλίας ὑγρὰς ἔ- 44
χουσι, νέοι μὲν ἐόντες, βέλτιον ἀ-
παλλάσσουσι τῶν τὰς ξηρὰς ἐχόν-
των· ἐς δὲ τὸ γῆρας χεῖρον ἀπαλ-
λάσσουσι· ξηραίνονται γὰρ ὡς ἐπὶ
τὸ πολὺ τοῖσιν ἀπογηράσκουσι.

6.

Ὁκόσοι πονέοντές τι τοῦ σώ- 45
ματος, τὰ πολλὰ τῶν πόνων μὴ
αἰσθάνονται, τουτέοισιν ἡ γνώμη
νοσέει.

46.

46 Δύο πόνων ἅμα γινομένων μὴ κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον, ὁ σφοδρότερος ἀμαυροῖ τὸν ἕτερον.

47.

47 Περὶ τὰς γενέσιας τοῦ πύου οἱ πόνοι καὶ οἱ πυρετοὶ συμβαίνουσι μᾶλλον, ἢ γενομένου.

42.

48 Λύειν ἀποπληξίην, ἰσχυρὴν μὲν ἀδύνατον; ἀσθενέα δὲ οὐ ῥηΐδιον.

43.

49 Τῶν ἀπαγχομένων καὶ καταλυομένων, μηδέπω δὲ τεθνηκότων, οὐκ ἀναφέρουσιν, οἷσιν ἂν ἀφρὸς ᾖ περὶ τὸ στόμα.

De affectibus doloris.

46.

E duobus doloribus ſimul exortis, qui diuerſis locis inſideant, vehementior ſenſum alterius veluti retundit.

47.

Dolores abſceſſuum exacerbantur maximè, febréſque accenduntur conficiendo pure, eo autē confecto miteſcunt.

De Apoplexia: II.

42.

Fortem Apoplexiam ſoluere eſt impoſſibile, debilem autem curare planè difficile.

43.

Suſpendio ſtrangulati, ſi priùs quàm interierint laqueo liberentur, non ſe recipiūt poſt quàm ſpuma circa os inſederit.

De Epilepsia.

45.

Epileptici qui ætate processerint, vix vnquam sanescunt: Iuniores autem ætatis, locorũ, temporum, victúsque mutationibus ferè liberantur.

TERTIA SECTIO.

ARGVMENTVM.

Tertius liber agit de anni tempestatibus, & & de ætatibus: earúmque proprios ac peculiares morbos recenset.

De tempestat. inæqualit. Aphor. 5.

I.

SI aër è valde frigido, mox ad vehementem calorem conuertatur, siue alio quouis modo mutetur: vt maximè variant, sic morbos ferè pariunt, temporum mutationes.

45.

Τῶν ἐπιληπτικῶν τοῖσι νέοισιν ἀπαλλαγὴν αἱ μεταβολαὶ μάλιστα τῆς ἡλικίης, καὶ τῶν ὡρέων, καὶ τῶν τόπων, καὶ τῶν βίων ποιέουσι. 50

ΤΜΗΜΑ ΤΡΙΤΟΝ.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Τμῆμα τρίτον καταπραγματεύει περὶ ὡρῶν τοῦ ἔτους, καὶ τῶν ἡλικιῶν, καὶ καταλέγει αὐτῶν οἰκεῖα νοσήματα.

I.

ΑΙ μεταβολαὶ τῶν ὡρέων 1
μάλιστα τίκτουσι τὰ νουσήματα· καὶ ἐν τῇσιν ὥρῃσιν αἱ μεγάλαι μεταβολαὶ ἢ ψύξιος, ἢ θάλψιος, καὶ τὰ ἄλλα κατὰ λόγον οὕτως.

4.

2 Ἐν τῇσιν ὥρῃσιν ὅταν τῆς αὐτῆς ἡμέρης, ὁτὲ μὲν θάλπος, ὁτὲ δὲ ψῦχος γίνηται, φθινοπωρινὰ τὰ νουσήματα προσδέχεσθαι χρή.

9. 10.

3 Ἐν φθινοπώρῳ ὀξύταται αἱ νοῦσοι καὶ θανατωδέσταται ὡς ἐπίπαν. ἦρ δὲ ὑγιεινότατον, καὶ ἥκιστα θανατῶδες. τὸ φθινόπωρον τοῖσι φθίνουσι κακόν.

8.

4 Ἐν τοῖσι καθεστεῶσι καιροῖσιν, ἢν ὡραίως τὰ ὡραῖα ἀποδιδῶσιν, εὐσταθέες καὶ εὐκρινέες αἱ νοῦσοι γίνονται· ἐν δὲ τοῖσιν ἀκαταστάτοισιν ἀκατάστατοι καὶ δύσκριτοι.

4.

Et ſi eodẽ die calor & frigus more Autumni ſibi inuicẽ ſubita mutatione ſuccedant, morbos autumnales expectabis.

9. 10.

Autumnus enim propter cœli varietatem non ſolùm fertilis morborũ eſſe ſolet, ſed eos acutiſſimos & maximè lethales facit: Tabidis præcipuè malus. Ille verò quã exitioſus ſua inconſtantia eſt, tam ſalubris, innoxia, immuníſque ab exitio verni cœli conſtans clementia exiſtit.

8.

Sic inæquales atque inconſtantes tempeſtates morbos inconſtantes difficiléſq. ferunt: conſtantes autem boníque habitus (omnibus videlicet tempeſtiuè procedentibus) dant morbos conſtantes, faciléſq. & boni iudicij.

Circa ætates & anni temp. peculiaris affectio, Aphor. IV.

2.

Naturæ aliis temporibus meliùs peiúsve se habent: huic hyeme, illi æstate salubriùs est, magísque valetudo firmatur.

3.

Eadem in morbis & in ætatibus ratio est, bene vel malè se habere, pro temporum & locorum conditione, & victus genere.

15.

Salubriores tamen sunt in vniuersum siccitates, multóque minùs ad perniciem propensæ quàm pluuiæ, vel humidæ anni constitutiones.

18.

Vere atque Aestate prima Pueri, quíque prope illam ætatem sunt optimè degunt, & sani maximè

2.

Τῶν φυσίων αἱ μὲν πρὸς θέ- 5
ρος, αἱ δὲ πρὸς χειμῶνα εὖ ἢ
κακῶς πεφύκασι.

3.

Τῶν νούσων ἄλλαι πρὸς ἄλ- 6
λας εὖ ἢ κακῶς πεφύκασι· καὶ
ἡλικίαι τινὲς πρὸς ὥρας, καὶ χώ-
ρας, καὶ διαίτας.

15.

Τῶν δὲ καταστασίων τοῦ ἐνιαυ- 7
τοῦ, τὸ μὲν ὅλον οἱ αὐχμοὶ, τῶν
ἐπομβρειῶν εἰσιν ὑγιεινότεροι καὶ
ἧσσον θανατώδεες.

18.

Κατὰ δὲ τὰς ὥρας, τοῦ μὲν ἦρος καὶ 8
ἄκρου τοῦ θέρεος, οἱ παῖδες, καὶ οἱ του-
τέων ἐχόμενοι τῇσιν ἡλικίῃσιν, ἄρι-
στά τε διάγουσι, καὶ ὑγιαίνουσι μά-

λιστα· τοῦ δὲ θέρεος καὶ τοῦ φθινοπώρου, μέχρι μέν τινος οἱ γέροντες· τὸ δὲ λοιπὸν τοῦ φθινοπώρου καὶ τοῦ χειμῶνος, οἱ μέσοι τῇσιν ἡλικίῃσι.

16. 5. 17.

9 Νοσήματα ἐν τῇσιν ἐπομβρίῃσιν ὡς τὰ πολλὰ γίνεται, πυρετοί τε μακροὶ, καὶ κοιλίης ῥύσιες, καὶ σηπεδόνες, καὶ ἐπίληπτοι, καὶ ἀπόπληκτοι, καὶ κυνάγχαι. νότοι βαρυήκοοι, ἀχλυώδεες καρηβαρικοὶ, νωθροὶ, διαλυτικοί· ὁκόταν οὗτος δυναστεύῃ, τοιαῦτα ἐν τῇσιν ἀῤῥωστίῃσι πάσχουσι. αἱ νότιοι καταστάσιες διαλύουσι τὰ σώματα, καὶ ὑγραίνουσι, καὶ καρηβαρίας, καὶ βαρυηκοΐας, καὶ ἰλίγγους ἐμποιέουσιν, ἐν τε τοῖσιν ὀφθαλμοῖσι, καὶ ἐν τοῖσι σώμασι δυσκινησίην, καὶ τὰς κοιλίας ὑγραίνουσι.

fiunt: Aestate verò, primísq. Autumni temporibus senes: reliquo Autumno & hyeme qui media ætate sunt.

Austrinæ & Aquiloniæ tempest. morbi: *Aphor.* x.

16. 5. 17.

Pluuiis tempestatibus sequentes morbos regnare plurimùm videas, febres longas, alui profluuia, putredines, Epilepsias, Apoplexias, Anginas. Et Auster nimiùm humectando corpora dissoluit, languidáque facit: capitis grauitates, vertiginésque parit: sensus omnes hebetat: auditum atque oculorum aciem retundit: Aluos fluxas ducit: quibus incommodis totius etiam corporis onerosam quandam grauitatē adiungit. In morbis talia sub austrina tempestate expectabis.

5. 16. 17. 7.

At Aquilo naturâ dissimili, contrarios effectus edit : corporibus enim firmitatem ac robur confert, agilitatem, colorísque bonitatem conciliat, auditum acuit. Et nihilominùs morbis quibusdam, quos peculiares habet, valetudinem malè exercet: cuiusmodi sunt, Tussis, raucitas, Alui adstrictio, Dysuria, horrores, laterum pectorísque dolores. Item febres acutæ, ophthalmia, Tabes, Arthritis, stranguria, Dysenteria; Aluorum siccitates, Oculorum morsus, & dolorum thoracis exacerbationes. Sub Aquilone & ficciore cœlo tales morbos expectabis. Et annus, si magna ex parte talis esse pergat, qualemcunque habuerit suorum temporum constitutionem, morbos sibi

5. 16. 17. 7.

Ἢν δὲ βόρειον ᾖ, βῆχες, φάρυγγες, 10
κοιλίαι σκληραὶ, δυσουρίαι, φρικώδεες, ὀδύναι πλευρέων, στηθέων. ὁκόταν οὗτος δυναστεύῃ τοιαῦτα ἐν τῇσιν ἀῤῥωστίῃσι προσδέχεσθαι χρή. ἐν τοῖσιν αὐχμοῖσι φθινώδεες, ὀφθαλμίαι, ἀρθρίτιδες, στραγγουρίαι, καὶ δυσεντερίαι. αἱ καθ' ἡμέρην καταστάσιες αἱ μὲν βόρειοι τά τε σώματα ξυνιστῶσι, καὶ εὔτονα, καὶ εὐκίνητα, καὶ εὔχροα, καὶ εὐηκοώτερα ποιέουσι, καὶ τὰς κοιλίας ξηραίνουσι, καὶ τὰ ὄμματα δάκνουσι, καὶ περὶ τὸν θώρηκα, ἄλγημα ἤν τι προϋπάρχῃ, μᾶλλον πονέουσι. ἐν τοῖσιν αὐχμοῖσι πυρετοὶ ὀξέες γίγνονται· καὶ ἢν μὲν ἐπιπλέον ᾖ τὸ ἔτος τοιοῦτον ἐὸν, ὁκοίην τὴν κατάστασιν ἐποίησεν,

Ταῦτα δὲ πάντα, θανατώδεα. ὄρχις δεξιὸς ψυχρὸς, καὶ σπασμώδης. ὄνυχες μέλανες. οἱ δάκτυλοι τῶν χειρῶν, καὶ ποδῶν ψυχροὶ, συνεσταλμένοι, ἢ καθειμένοι. τὰ χείλη πελιδνὰ, ἢ καὶ ἀπολελυμένα, καὶ ἐξεστραμμένα, καὶ ψυχρά. τὰ ὦτα ψυχρὰ, διαφανέα, συνεσταλμένα. ῥὶς ὀξεῖα. κρόταφοι ξυμπεπτωκότες. τὸ δέρμα σκληρόν τε καὶ καρφαλέον. καὶ τὸ χρῶμα τοῦ ξύμπαντος προσώπου χλωρόν τε, ἢ καὶ μέλαν, καὶ πέλιον, ἢ μολιβδῶδες.

1.314.

Καὶ τὸ σκορδινιᾷν, καὶ ἀποστρέφεσθαι, καὶ ὕπνῳ, καὶ καύματι πολλῷ κατέχεσθαι. καὶ τὸ ἀγνοέειν, καὶ μὴ ἀκούειν, καὶ μὴ ξυνιέναι. καὶ τὴν κοιλίην ἐπαίρεσθαι, ἢ φυσάεσθαι, ἀνέλπιστα πάντα.

Τέλος τῶν ἀφορισμῶν.

13. 14.

Item tenebricoſa vertigine teneri, lucémque auerſari, & ardore æſtuare cum ſomnolentia: non agnoſcere, non audire, non intelligere: ventrem ſubitò diſtendi flatibus, intumeſcere, attolli, ſalutis deploratæ ſigna ſunt.

Aphoriſmorum finis.

LEGES MEDICINÆ,

Vice supplementi Aphorismis adiunctæ.

EODEM AVTHORE.



PRAEFATIO
AD IO. HEROARDVM
D. DE VAVGRIGNEVSE,
Regis Consiliarium,
& Archiatrum.




GO memini Ludouicum Duretum, & Ioannem Riolanũ, duo illa scholæ Parisiensis lumina, (MEDICORVM SAPIENTISS.) olim pro suggesto sedentes, assiduis querelis inuehi solitos in eos, qui neglectis Hippocratis auspiciis medicinam facerent. Et Io. Martinus, eximiâ vir doctrinâ & iudicio, apud HENRICVM MAGNVM, familiaribus inter nos colloquiis, sæpe

indignābundus queritabatur, tam ſupinam ſecurámque eſſe in alieno diſcrimine hominum ignorantiā. Quippe illi aduertebant tales medicos, cuncta ſúſque déque agentes, non ſolùm fœda temeritate artis honorem deturpare, ſed etiam ægros homines, indignis modis exceptos in manifeſta pericula conjicere. Cocta, incocta, & matura crudáque ſine diſcrimine habere: ab Aſphodelis maluas: à lupinis æra non internoſcere. Naturæ pepaſmos intempeſtiuis medicationibus interpellare, turbare: & nutantes adhuc ac ſpei dubios laborantes præcipitare. Omnia denique & παρὰ καιρὸν, & παρὰ λόγον: ſummáque in rerum confuſione verſari. At! quoties vidimus, nec ſiccis quidem oculis, per medias ciuitates, & ferè in omnium conſpectu Agyrtas, Circulatores, Nebulones

vano medicorum nomine tumentes, grassari passim in capita miserandorum ciuium. Eos imperitè præter ius fásque, defectis viribus mouere cruda: & ea vacuando nũquam desistere, donec penitus exhausti ægrotantes animas exhalarent. Siccine pro Regis valetudine, & cõmuni totius regni salute constitutus, decorum æquúmve putabis, conniuere in homicidiis? Porrò asserebant illi sapientissimi viri, istas ignorantiæ tenebras, luce solius Hippocratis discuti posse. Quibus ego causis impulsus, iamdudum exoptabam sic præscribi certis legibus medendi rationẽ, ne medicis in posterum locus impunè peccandi superesset, in hominum perniciem. Cùm autem hoc incœptum opus huius præstãdæ rei nos admoneret, iis videlicet supplendis, quæ in Aphorismorũ

doctrina desiderari videbantur: Medicdi summa capita inscribi placuit LEGVM vocabulo. Nisi quis malit vel Statuta, vel Placita, vel Decreta Hippocratis & Galeni appellari: vnde huc eas pridem contractas transtulimus. Hinc certè vel nugæ, & scelera Impostorum patescent clariùs: vel ipsi cautiùs agent in vitis hominum: Quodquidem huius nostri laboris operæ-pretium fore speramus. Sed tu (quæso) interim arce à ciuium capitibus istos αἰσχροκερδεῖς Nebulones: vel accita etiam regij nominis authoritate, sordidam eorum auaritiam coërce. Sic viue diu, & vale MEDICINAE DECVS. Anno M. DC. XIII.

R. MAGISTER.



AD CL. V.

D. R. MAGISTRVM,

REGIS CONSILIARIVM

& Medicum,

De suis Legibus:

Medicinæ Prosopopœia.

QVis nouus hic nostris successit sedibus hospes?
Aut quis Apollineâ tam doctus in arte Magi-
Audet ceruici Leges imponere nostræ? [ster,
Quis Deus? aut quæ homini tam dia potẽtia nato?
Olim decreram mea verba minacia, nullo
Ære ligarentur: neu Lege reuincerer vlla.
At Dea, nunc cogor mærens abrumpere fata:
Atque inuita noui præcepta subire Magistri.
Sed quia fas Illi sacrata resoluere Iura:
Et mentis nostræ penetralia ferre sub auras.
Esse ratum iubeo quicquid LEX præcipit ista:
Et Medicos omnes tam docta lege teneri.

PAVLVS MAGISTER eiusdem
Regis Consiliar. & Medicus.

Κ. ΡΟΔ. ΜΑΓΙΣΤΡΩι,

ΕΙΣ ΝΟΜΟΥΣ ΑΥΤΟΥ θεραπευτικούς.

Οὕτω Ῥωμαίοισι νόμους γράψαντο δέκαρχοι·
Οὕτω καὶ Ἱπποκράτης δῶκε διδασκαλίαν.

ΛΟΔ. ΟΚΤΑΒΙΟΣ
Σενονεῖος πρεσβύτης.

AD LECTOREM,

De hiſce Therapeuticis Legibus.

Ex intemperie confuſoque ordine nullis
Legibus adſtricto, naſcitur omne malum.
Omne malum arcebis (Lector) de corpore: Leges
Has quicumque leges: atque ſequêre lubens.

Og. Octauius Senon.



LEGVM MEDICINALIVM SECTIO PRIMA.

De generali medicatione.

CAPVT I.

LEX I.



Edicinæ ſcopus, ſanitas eſto.

2.

Sanitas autem, miniſterio curationis reſtituitor.

3.

Curatio morbi, contrariis opus ſuum perficito: calida refrigerando, humida ſiccando, dura emolliendo, craſſa extenuando, lenta incidendo, ac detergendo: læuia

exasperando, angusta dilatando, densa rarefaciendo, inanita replendo: Et *sic de reliquis per contrarium.*

4.

Morbum simplicem, simplici: compositum, composito remedio profligato.

5.

Incertam morbo incognito, medicationem ne decernito.

6.

Causas omnes, suo quámque ordine, priùs quàm ipsum affectum summoueto.

7.

Leuiter affectos Naturæ, viuendíque legibus committito.

8.

Morbis expugnandis, virium ratione suscepta, paria quodammodo remedia opponito.

9.

Extremis morbis, extrema remedia diligentissimè adhibeto.

10.

Euacuaturus, humorum naturam accuratè obseruato.

11.

Materiam turgentem statim initiò, potenti pharmaco exigito: & vehementem affectum, remediorum blandimentis ne exasperato: mediocrem verò lentè, paulatímque summoueto.

12.

Quæ longo tempore contracta sunt vitia, sensim, otióque multo curato.

13.

Pro conditione partis affectæ, remedij quantitatem augeto, vel minuito.

14.

Densis, compactísque, ignobilibus, priuatis, & in alto corpore demersis partibus, validiora remedia: Raris verò, principibus, acutóque sensu præditis, & iis quarum publicum est officium, mitiora comparato.

15.

Sic renum quàm ventriculi, remedia vehementiora sunto.

16.

Euacuando auarus, reficiendo largus esto.

17.

Si ad Crisim Natura perfectè moueatur, manum abstineto: imperfectè verò agentem, accommodatis auxiliis adiuuato.

18.

Ventriculi, & summorum præcordiorum vitia, vomitione: viscerum atque mezenterij, deiectione: maiores venas, missione sanguinis: habitum corporis, sudatione halitúue expurgato.

19.

Sanguinem vel quemuis humorē cum eo, præter naturam aliquo profluentem, in contrariam partem, è directo reuellito.

20.

Reuulsionem κατ' ἴξιν, hoc est è directo instituito.

21.

Sic pleuritidi dextræ, latus dextrum, cruri autem dextro, sinistrum contrarium esto.

22.

Ad reuellendum è capite, humerariam venam, vel eum qui inter pollicem, indicémque excurrit, ramulum incidito.

23.

Ad morbos earum, quæ clauiculis, renibúsque interiacent partium, Basilicam aut saluatellam reserato.

24.

Subter renes, inhærescentes affectus, poplitis vel malleoli venis sectis curato.

25.

E capite simul, atque ex iis quæ supra renes sitæ sunt partibus, mediana incisa reuellito. Dextra autem dextris, sinistra sinistris respondento.

26.

Ad eundem modum, vomitionem deiectione, & contrà reuellito.

27.

In plethora venas maiores, priùs quàm ramulos aperito.

28.

Generalia remedia, particularibus præmittito.

29.

Iecoris partem gibbam, Renes, & vesicam, per vrinas: partem cauam iecoris, lienem, mezenterium, pancreas, & intestina, per aluum: pulmones pectúsque, per sputa: summas cerebri partes, per cōmissuras: anteriores, per nares: imas, per palatum, expurgato.

30.

Qualis morborum per sua tempora mutatio, talis & remediorum esto.

31.

In febribus partiúmque morbis, initiò materiæ exuperātis portionem vacuato:

Reliquam naturæ imitatione præparatã, deinde extirpato, & per loca conuenientia expellito.

32.

Fluxionem incipientem, adstringentibus statim repellito: eam consistentem & ad statũ progressam digerito: incrementi tempore, vtrumque agito.

33.

Congestam materiam quæ digeri non poßit, suppurato.

34.

In ipsa morbi acceßione & paroxysmo, ne vires vacuatione conuellito.

35.

In principiis febrium, tenuem victũ: incrementis, tenuiorem: statibus tenuißimum decernito.

36.

In acceßionibus febrium præsentibus, vel mox futuris, cibo abstineto: iis inclinantibus, cibum ministrato.

37.

Qualis eſt morbi conditio, talis & contrarij remedij eſto.

38.

Cui adiutrix Natura ſuccurrit, felicem eſſe medicationem: vt quæ contra Naturæ opem inſtituitur, irritã cenſeto.

39.

Medicamenta, aut intrò ſumenda, aut foris admouenda, quæ vel detergant, extenuent, diſſoluant, digerant, emolliant, dilatent, vel relaxent, forma liquidiore miniſtrato: Quæ autem repellant, attrahant, denſent, adſtringant, roborent, incraſſent, inferciant, ſolida ſunto: & quæ mediis actura ſunt viribus, mediam quoque formam ſortiuntor.

De missione sanguinis.

CAPVT II.

LEX I.

QVicquid à iusto Naturæ modo manifestè defecit, si aliter emendari non potest, protinus expellito.

2.

Plethoram tum puram, tum impurã missione sanguinis soluito: illam autem largiùs, hanc parciùs vacuato.

3.

Biliosam plenitudinem liberalissimè: melancholicam minùs liberaliter: pituitosam parcissimè, phlebotomiâ vacuato.

4.

Impuræ omnis plenitudinis vacuationem à venæ sectione auspicator: & simplicem quoque cacochymiam, virium ratione suscepta, interdum phlebotomiâ curato.

5.

Sanguinis missionem decreturus, robur virium, & morbi magnitudinem inprimis considerato.

6.

Valentes vires, integram consummatámque vacuationem: mediocres imperfectam: prostratæ nullam toleranto.

7.

Sic ad magnum vehementémque affectum, copiosam euacuationem: ad mediocrem, moderatam adhibeto.

8.

Cuicumque affectui conuenit phlebotomia, si adsint robustæ vires, atque ipsius morbi magnitudo, eam maturè facito.

9.

In acutis vbi turgent humores, vacuationes ne procrastinato.

10.

In diuturnis autem morbis, vacuationem per ἐπίκρασιν, tutissimam censeto.

II.

Qui vacuationis quantitatem non habet satis definitam, infra exquisitam integrámque subsistito.

12.

Intemperantes, phlebotomiâ parcè curato.

13.

Sanguis sponte sua, sed minimé pro ratione fluens, venæ sectionem ne prohibeto.

14.

Vndecumque iustò parciùs effundatur sanguis, inutilem ducito.

15.

Ventriculi, primarúmq. venarum cruditas, vel impura colluuies, alui adstrictio, stomachi sensus acutior, & eiusdē imbecillitas, phlebotomiam retardanto.

16.

Quascumque tum interiorum, tum exteriorum partium inflammationes, sanguinis mißione curato.

17.

Ad morbos à plenitudine, aut alio humorum in vasis vitio, statim initiò, & sine mora venam secato.

18.

Decrepita ætas, à venæ sectione immunis esto.

19.

Ante annum decimumquartum, & post septuagesimũ, raro sanguinem mittito.

20.

Mediæ inter pueritiam senectámque ætates, nulla vacuãdi præsidia metuunto.

21.

Quocumque morbi die, vel 20. plenitudinis cruditatisq. appareant signa, valeántque vires, venæ sectionem audacter imperato.

22.

Mittendo sanguine in febribus, tempora intermißionis remißionisue obseruato.

In acu-

23.

In acutis, tempora principiis proxima, phlebotomiæ destinato.

24.

Coctionis signis apparentibus sanguini parcito.

25.

Ad signa cruditatis redeuntia, venæ sectionem iterato.

26.

Temporis constitutione, vel regione calida & sicca: calidis frigidisque & siccis temperamentis: habitu extenuato, raro, molli, obæso, sanguinis mißio parca esto.

27.

In iecoris, lienisve skirrho, in cachexia in hydrope, à sanguine abstineto.

28.

Peripneumoniam, pleuritidem sinistram, splenitidem, sinistri cubiti venâ reuellito: & sic dextra dextris respondento.

29.

Cruribus inflammatis, in oppositum reuulsiones aguntor.

30.

Ad superiores inflammationes cephalica, ad inferiores basilica, ad interiectas mediana inciduntor.

31.

Biliosa plenitudo dextris venis, melancholica sinistris leuantor.

32.

Lunam crescentem iunioribus: decrescentem senioribus accommodato.

33.

Lunam benefici planetæ aspiciunto, ascenduunto, vel cœli angulos occupanto.

34.

Lunâ in signo membri alicuius existente, ipsum ferro ne attingito.

35.

Pituitosis, Lunâ sub Ariete, & Sagittario versante: Melancholicis, sub Libra & Aquario: Biliosis sub Cancro &

Piscibus venas aperito.

36.

Lunæ cum Ioue & Venere non combusta, omnes aspectus: cum Sole, Mercurio, & Marte, ✶. △. *pro cōmodis habeto.*

37.

Contra autem Lunæ cum Sole, Saturno, & Marte, o—. □ . o—o: *Cum Venere & Mercurio infortunatis, cúmq. Capite & Cauda Draconis,* o—: *Item horas Saturni ac Martis, pro infestis ducito.*

38.

Mittendo sanguine, labans fluoris impetus, pallor, oscitationes, pandiculationes, oculorum suffusiones, auriúmque tinnitus ac pulsus, debilitas, defectionum Auguria sunto.

39.

A venæ sectione, ante vnius horæ spatium, neque dormito æger, neque cibum sumito, & omnem tum animi, tum corporis contentionem fugito.

De purgatione.

CAPVT III.

LEX I.

OMnem impuritatem, quæ arte nulla emendari poßit, maturè exigito.

2.

Quæ omnino præter Naturam sunt, ea emendare ne tentato.

3.

Putridos humores, siue morbum præcauere, siue profligare consilium est, citissimè detrahito.

4.

Quò acutior est morbus, hoc magis purgationẽ turgentis materiæ accelerato.

5.

Corpora ante purgationes fluida facito.

6.

Concocta, non cruda, medicator, vel moueto.

7.

Mediocriter concocta, moderatiùs, perfectam autem concoctionem adepta, validiùs, víque maiore moueto.

8.

In ancipiti affectu, concoctionem quæ nulla fortasse futura est, ne expectato.

9.

Materiam turgentem sine mora detrahito.

10.

Purgandi occasiones, vel ex orgasmo, vel ex pepasmo capeßito.

11.

Pepasmos ante vigores ne sperato.

12.

Naturam iudiciale opus aggressam, agere sinito.

13.

Perfecto autem, consummatóque ad integritatem iudicio, nullis irritamentis eam laceßito.

14.

Ex imperfecto iudicio relicta, foras maturè amoueto.

15.

Viis publicis subsistẽtem vitiosum humorem, nisi lentor crassitiésque nimia, aut ventriculi cruditas obsistant, primo quoque morbi tempore, expurgato: visceribus autem impactum & venis inhærentem, concoqui ad statum vsque sinito.

16.

Medicamenti genus ex humoris specie, validitatẽ ex eiusdem situ perpendito.

17.

Cathartici vires & quantitatem, pro difficultate purgationis definito.

18.

E ventriculo, facilis: è venis mezenterij difficilior: E iecore, liene, vasis maioribus ac minoribus, & ex ipsa partium substantia, difficillima purgatio censetor.

19.

Corporis firmitatē ac densitatem: viscerum, venarum, atque ipsorum intestinorum angustias, maiori pertinacia suos retinere humores, credito.

20.

Delicatos, cōtrà quàm robustos, curato.

21.

Robustis, laboriosis, & hebetiore sensu præditis, leuia quæ aspernentur catharrica, ne decernito.

22.

Media hyeme, gelida regione, Aquiloniis tempestatibus, densitate corporum, purgationes cohiberi: cōtrario autem cæli statu, eas feliciorem sortiri successum, persuadetor.

23.

Ante Caniculam, sub Canicula, & in æstuosa regione, raræ purgationes offeruntor.

24.

Sobria puráque corpora, ne validis purgationibus sollicitato.

25.

Incognitam laborantis Naturam, blãdis pharmacis explorato.

26.

Purgaturus morbi magnitudinem, humoris copiam, & virium robur simul perpendito.

27.

Exigua cacochymiæ copia ritè præparata, valentibus viribus, in totum vnâ purgatione, & semel excluditor.

28.

Multa autem cacochymia, imbecillis viribus, paulatim ac partitè expurgator.

29.

Pueris ac senibus, leuia cathartica: reliquæ ætati, validiora decernito.

30.

Vitij sedes & naturæ motus, purgationis via, conuenientésq. ductus indicanto.

31.

Segniùs fluentē per conuenientes ductus humorem, arte incitato: symptomaticè alieno tramite decurrentem, inhibeto, vel reuocato.

32.

Primæ regionis cacochymia, citra phlebotomiæ opē, sola purgatione expugnator.

33.

Noxios humores, in affectas sedes, ne vnquam deriuato.

34.

Vlceratis intestinis, biliosas deiectiones caueto.

35.

Inflammatis renibus, aut vesica, diureticis parcito.

36.

Infirmo ventriculo, vomitu abstineto.

37.

Lunâ in Cancro, Scorpione, ac Piscib. versante, purgare instituito.

L v

38.

Ad bilis purgationem, Venus: Ad pituitæ, Mars, aut Sol: Ad melancholici humoris, Iuppiter, Lunam, ✶ *vel* △. *aspiciunto.*

39.

Electuaria Cancro: potiones Scorpioni: pilulæ Piscibus accommodantor.

40.

Propinandis pharmacis, secundam, & quartam Lunæ hebdomadas eligito.

41.

Dominus Ascendentis, planetæ sub terra versanti iungitor, vel applicator.

42.

Planetarum imperio subiectas partes, quo tempore dominantur, vacuare ne tentato.

43.

Signa ruminantia, & planetæ retrogradi cum Luna coniunctionem, vel applicationem, vitato.

44.

Deiectiones copiâ ne æstimato.

45.

Ad sistendum purgationis opus, in quiete vel somno, corpus continetor.



LEGVM MEDICINALIVM SECTIO SECVNDA.

De particulari medicatione.

CAPVT I.

De febribus acutis.

LEX I.



Xuperante sanguine, atque Vrina rubente, cum plenitudine pulsus, ac firmitate Virium, Venæ sectionem sine mora instituito.

2.

Eandem initio prætermissam, in progressu morbi, Valentib. Viribus celebrato.

3.

Post phlebotomiam, lentis & crassis tum incidendis, tum attenuandis humoribus, attendito.

4.

Natam putredinem summoueto, eámque renascentem inhibeto.

5.

Interiores obstructiones expedito.

6.

Cutis spiracula reserato.

7.

Deficientes vacuationes, iteratione suppleto.

8.

Ante πεπασμὸν, nisi materia turgeat, eradicatiuam medicationem auersator.

9.

Ad ventriculum vergentes humores, vomitu: ad intestina inclinantes, deiectione, per cõmoda videlicet loca educito.

10.

Naturam per crisim perfectè agen-

tem ne laceßito, imperfectè agentem iuuato.

11.

Ad signa pepasmi, & robustas vires, frigidam copiosè propinato.

12.

Ventre vacuo, quàm maximè fieri potest, paroxysmus excipitor.

De intermittentibus.

13.

In Tertianis, ante signa pepasmi, nisi admodum vrgeat plethora, ne sanguinem mittito:

14.

Cõcoquentia catharticis præmittuntor.

15.

Cibatio à labore acceßionum, longo spatio recedito.

16.

Initio acceßionum, somnus potúsque vitantor.

17.

Ineuntibus quotidianæ paroxysmis,

frequentem vomitum, pituitæ causa prouocato.

18.

Minus obsequentem humorem arte præparato.

19.

In quartanis nisi plethora exuperante, venæ parcito.

20.

Magno velocique pulsu, vrinâ rubra craßáque, & iuuenili ætate, venam secato.

21.

Purum autem rutilúmque sanguinem, parcè: nigrum & crassum, liberaliùs effundito.

22.

Contumacia humoris, longa præparatione conficitur.

23.

Balnea ante declinationē ne instituito.

24.

Sudor ſpontaneo motu erumpens, ne compeſcitor: Ab hecticis autem arcetor.

25.

Papuloſis, ineunte morbo, ſanguis emittitor.

26.

Intumeſcente, aut nigreſcente lingua, modus calefacientibus imponitor.

27.

Oleoſa ne illinuntor.

De peſtiferis.

28.

Corruptum aërem longè fugito.

29.

Superfluos humores blandè purgato.

30.

Violentas corporis, mentíſque agitationes auerſator.

31.

Immoderatam venerem deteſtator.

32.

Animum frequenti gratioris alimen-

ti vsu exhilarato.

33.

Roborando cordi accuratè incumbito.

34.

Putredinem humorum coërcentia medicamenta, quotidiano vsu habeto.

35.

Certa securáque fide, Αλεξίκακον inuocato.

CAPVT II.

De inflammatione partium: *& primùm,* De Angina.

LEX I.

S*Anguinem repetitis vicibus, & paulatim, virium causâ educito.*

2.

Turgentem materiam, vt in cæteris acutis, eodem die medicator.

3.

Ad remotißimas partes, modis omnibus reuulsionem accelerato.

4.

Gargarismatis initiò repellendo, fluentes humores compescito.

5.

Repellentia autem ne foris apponito.

6.

Vrgente dolore, anodyna stypticis admisceto.

7.

Circa statum & declinationem, resoluentia, maturantiáque vsurpantor.

8.

Ante phlebotomiam & purgationem resoluentia cauentor.

9.

Victus pro ratione viriũ, prætenuis esto.

De pleuritide.

10.

Antecedentem materiam, venæ sectione, citò reuellito.

11.

Fluente aluo, sanguini parcito: eâ cohibita, venam audacter secato.

12.

Imminuta plethorâ, dolorem calorificis oppugnato.

13.

Catharticis parcito.

14.

Narcotica respuito.

15.

Ante signa coctionis, vinũ auersator.

16.

Frigidam caueto.

17.

Pro sputi copia, cibus liberaliore manu exhibetor.

De phlegmone ventriculi.

18.

Ventriculo, vel intestinis phlegmone tentatis parcè cathartica vsurpantor.

19.

Vomitus ne prouocator.

20.

Pars affecta, quàm maximè fieri potest, roborator.

De phlegmone iecinoris.

21.

Dextram basilicam incidito.

22.

Fluere consuetas hæmorrhoïdas, festinanter prouocato.

23.

Sanguinem è naribus fluentem ne cohibeto.

24.

Commouentia cathartica detrectato.

25.

Ante secundam concoctionem ne purgato.

26.

Caua hepatis per intestina, Eccoproticis, Gibba autem per vrinas, diureticis vacuantor.

27.

Parcè resoluens, multùm roborato.

28.

Tabes ab hepate calidiori, Hydrops à frigidiori expectantor.

CAPVT III.

De imbecillitate partium:

& primùm,

De dolore capitis.

LEX I.

DOlori capitis à sanguine, cum sensu pulsationis, phlebotomiâ succurrito.

2.

Venæ sectio, nullam concoctionem expectato.

3.

Crudus humor ne purgator.

4.

Nudam intemperiem, solis alterantibus percurato.

5.

Catarrhum, nisi multa vacuatione

prægressa, ne lauato.

6.

Valde resoluentia sine stypticis, ne capiti admoueto.

7.

Narcoticis parcito.

8.

In calida causa, contrà quàm in frigida, somno parciùs: cibo autem liberaliùs vtitor.

9.

A cibo ad somnum, spatium aliquod intercedito.

De imbecillitate ventriculi.

10.

Imbecillum ventriculum facili, modicóque alimento reficito.

11.

Κακοστόμαχος, *parcè bibito.*

12.

Ante concoctionem assumpti alimenti, ad mensam ne accedito.

13.

Naturalis appetitus, indicio concoctionis esto.

14.

Ciborum varietatem fugito.

15.

Impura corpora modicè nutrito.

16.

Humidam intemperiem quàm siccã, feliciùs; frigidam quàm calidã tutiùs oppugnari censeto.

De syncope.

17.

Plethoræ coniunctam syncopen, refocillatis spiritibus, sanguine minuito.

18.

Ab humoribus autem ventriculo contentis ortam, vomitu curato.

19.

Longiore paroxysmi processu, vinum calefacito.

20.

Aduersus eam, quam inanitio, indu-

ducta spirituum resolutione fecerit, vino simul & alimentis contendito.

21.

Deficienti ex alui fluxu, faciem ne frigida perfundito.

22.

Ad vteri suffocationem, fœtores ori admoueto.

De affectibus lienis.

23.

Lienis humores per aluum detrahito.

24.

Lienosi dulcibus & lacteis abstinento.

25.

Valde resoluentia skirrhosi auersantor.

De paralysi.

26.

Contra paralysin & conuulsionem, aliósque neruorum affectus, posteriorum partium præcipua ratio habetor.

27.

Ineunte morbo, ne humores catharticis commouentor: ad septimum autem

vel

vel & decimum quartũ diem sedulò concoquuntor.

28.

Tenuissimus victus instituitor.

CAPVT IV.

De humorum fluxu:

& primùm,

De catarrho.

LEX I.

P*Eriodicis Catarrhis cephalicæ purgationis vsu frequenti, subuenito.*

2.

Principibus incumbentem partibus humorem, etiam crudum, subita vacuatione excludito.

3.

Eundem humorem sudore, fame, siti, vigiliisque absumito.

4.

Potum liberaliorem, diurnum somnum,

M

quietis longitudinem inter noxia ducito.

De Dyſenteria.

5.

Fluentem aluum, modò conſtent vires, ante quartum diem ne compeſcito.

6.

Eandem ſuo tempore, tum ſudoribus, frictionibuſque, tum cucurbitulæ vſu reuellito.

7.

Inteſtinorum vlcera, ſuperiorum, aſſumptis: inferiorum autem, iniectis curato.

8.

Cibis adſtringentia præmittito.

9.

Tuſsi ad fluxum dyſentericum accedente, acidis ſtypticiſque parcito.

De vomitu.

10.

Aegrè vomentes, ciborum copiâ, & multa quiete humectato.

11.

Incoctos humores ne commoueto.

12.

Supra modum extenuatos ventres, siue sursum siue deorsum parcè turbato.

13.

Criticos vomitus ne coërceto.

14.

Pectoris angustiæ, & colli cum gracilitate longitudo, cerebri & oculorum imbecillitas, vomitum recusanto.

De Diabete.

15.

Multo aquæ potu, atque inde vomitu reuellito.

16.

Sudores moueto.

17.

Iniectionum frequenti vsu, aluum sollicitato.

18.

Serosi humoris attractione retentricem debilitatam, roborato.

19.

Tenuium partium alimenta, & suæ acrimoniæ stimulis vrinas mouentia respuito.

De mictu sanguinis.

20.

Sanguinis mictionem criticam ne temere sistito.

21.

Periodicam sub accessum periodi, phlebotomiâ reuellito.

22.

Adstringentia, nisi prægressis idoneis vacuationibus, ne vsurpantor.

De sputo sanguinis.

23.

Exhausta plethorâ inediam, & victum aërémque refrigerantem, atque animi tranquillitatem imperato.

24.

Sectione venæ, ligaturis extremitatum, & frictionibus assiduis reuellito.

25.

Saniem pectori aut pulmonibus incumbentem festinanter educito.

26.

Diuretica, & sanguinem commouentia, detrectantor.

27.

Tussis cohibetor.

CAPVT V.

De obstructionibus.

& primùm,

De calculis Renum ac vesicæ.

LEX I.

P*Ræcauendo morbo, vomitũ frequenti vsu celebrato.*

2.

Ante idoneam vacuationem, diureticis parcito.

3.

Ad vesicæ quàm Renum calculum potentiora decernito.

De obstructione iecoris.

4.

Attenuantia, incidentia, detergentia, phlebotomiam præceduntο.

5.

Dulcia respuuntor.

6.

Topica, nisi vacuo stomacho, ne adhibentor.

De hydrope.

7.

Omnem hydropem frequenti vomitione, ac deiectione purgato.

8.

Carnosum à suppressis mensibus vel hæmorrhoïdibus ortum, earumdem prouocatione, aut phlebotomia curato.

9.

Concoctricem facultatem roborato.

10.

Ad sectionem, vel vstionem aquas non solùm paulatim, ac per vices, sed potiùs guttatim subductas detrahito.

11.

Potu vel omnino, vel quammaximè potes, abstineto.

De colico dolore.

12.

Crassam lentámque pituitam, attenuatam incisamque detergito.

13.

Acres humores, idoneis catharticis foras excludito.

14.

Crudo ventriculo nihil moueto.

15.

Discutiendis flatibus attendito.

Caput VI.

De morbis externis:

& primùm,

De phlegmone.

Lex I.

M*ISsione sanguinis Plethora: purgatione Cacochymia expugnantor.*

2.

Topicorum vsum, materiæ concoctio, euacuatióque semper antecedunto.

3.

Frigiditas, craßities, congestio, virulentia, crisis, plethora, repellentia ne admittunto.

4.

Pus confectum maturè ducitor.

5.

Fluentes humores compescuntor, impacti autem & quiescentes resoluuntor.

De Erysipelate.

6.

Refrigerantibus, ardoris vehementia superator.

7.

Coloris mutatio, refrigerandi modus esto.

8.

Ne pars immodica liuescat refrigeratione, prudens aduertito.

9.

A partibus infimæ dignitatis vel conditionis, humores ne repelluntor.

De œdemate.

10.

Validiora digerentia statu, quàm prioribus temporibus adhibentor.

11.

Resolutione tentata, ne in skirrhum degeneret, maturè ad suppurantia conuertitor.

12.

Intentio doloris, pulsatióque, conficiendi puris indicia sunto.

De skirrho.

13.

Validiora discutientia respuuntor.

14.

Calidis-humidis emollita durities, paulatim & sine vi discutitor.

15.

Eadem discuti contumax, sedulò suppurator.

ARCANA
HIPPOCRATICÆ
DOCTRINÆ
Iudicia.

EODEM AVTHORE.


Ad Sereniβimum Principem
FERDINANDVM
GONZAGAM DVCEM
Mantuæ, &c.



SERENISSSIMO
ac Potentiss. Principi,

FERDINANDO
GONZAGÆ, DVCI MANTVÆ,
Montisferrati, & Casalij:
S. P.

--Hanc etiam MECOENAS aspice partem:
Admiranda tibi grauium spectacula rerum.



MIHI enim (Serenissime Princeps) hic licebit apud Excellentiam tuam iisdem vti verbis, quibus Mecœnatē suum compellabat ille Scriptorum nobilissi-

mus, olim tuus popularis, & ex ditione tuorum Maiorum. Neque tamen, vt ſplendorem tui generis comparatum velim cum iſto Romano Equite: Qui merito ſuarum virtutum, obſtrictum vinculo amicitiæ tenebat Imperatorum omnium potentiſsimum. Imò vt ſingularem tuam clementiam, benignitatem, munificentiam, aliáſque animi egregias dotes, atque adeò admirabilem rerum ſcientiam conferam cum tutelari Doctorum ſui temporis hominum patrono, ac defenſore celeberrimo. Et certè hoc MECOENATIS *nomen mihi videtur opportunè transferri poſſe, ſignificandis iſtius humanitatis*

fructibus, quorum equidem suauitate tum alij plurimi, tum ego maximè delectati sumus: dum tu hîc ageres inter nostros Principes, variis virtutum tuarum ornamentis magnificè spectandus. Cæterùm oranti enixè, vt libelli huius tutelam ac patrociniũ suscipias, quem tibi offero, perpetuum seruitutis meæ monumentum. Eo contineri videas Iudicia, successúsque morborum: & abditissima Hippocraticæ doctrinæ mysteria, in quorum cognitione & salus hominum, & vera medendi ratio consistit: Et sine qua neque agnosci quidquam, neque præuideri aut prædici, neque iniri vlla curatio rectè potest.

Sed rei huiusce pretium, Excellentiæ tuæ æstimandum relinquo, (Doctiss. & sapientiss. Princeps) modò tu mihi vicissim permittas libertatem colendi tuos honores, pro animi mei cupiditate. Lutetiæ, XV. Martij, M. DC. XIII.

Seruus Excellentiæ tuæ fideliss.

R. MAGISTER.



ARCANA IVDICIA HIPPOCRATICÆ DOCTRINÆ.

CAPVT I.

MVtationes morborum insignes, seu in melius, deteriúsve fiant, Iudicia nominarunt: Quibus videlicet Ius dici solet de controuersiis naturæ aduersus morbos.

Bona iudicia certis coctionis signis prænuntiari debent, atque inde memorabili seu consentanea excretione, abscessúve celebrari. Crudo morbo vel immaturo aliquid excerni, damno est. At memorabilem excretionem dicimus ἀξιόλογον, quam quidem vt ex toto,

vel ſaltem bona parte ſuperetur morbus, & κατ' ἴξιν fieri, & iudiciali die neceſſe eſt. Maiores excretiones naturam diſſoluunt: minores autem, prætèrquàm quòd nihil efficiunt, aut imbecillitatem, aut malignam humoris conditionem arguunt: & Recidiuis materiam ſuggerunt. Nos inprimis bonorum Iudiciorũ progreſſus, & eorum tum antecedentia, tum conſequentia ſigna perſecuti, de cæteris deinceps pari facilitate tranſigemus.

Coërcendis morbis, ſic eſt Naturæ vigentis inſtitutum: concoquere, attenuare, incidere, temperare materiam: ac denique ita comparare, vt ſepoſita vtili eius portione in alimentum, reliquum inutile aut redundans, modò excretione abiiciat, conficiátve pepaſmo, modò in abſceſſus transferat. Natura enim ſuo calore, & ſpiritu ſoli-

das partes tuetur, fouétque: & humoribus incumbens, eos virtute mirifica elaboratos conficit, secernit, repurgat, excludítque foras.

Et quidem illa in hunc modum progredi solet: nisi cùm turgentis materiæ, id est furentis impetu, quem ὀργασμὸν vocitant, cogitur excernendo moras præcipitare, & pepasmi leges aspernari. Quo impetu, & acrimoniæ maioris, aut qualitatis malignæ stimulis, variè agitatus, impulsúsque humor, horrendas moueret perturbationes. Is enim æstu Orgasmi, modò in hanc, modò in illam partem insiliens, nullo subsistit loco: donec tandem irruptione facta in aliquam nobiliorum partium, exitialem inferat vitæ calamitatem. Tum igitur, ea de causa sibi metuens Natura, suísq. rebus

cautè proſpiciens, & ſecura cruditatis, turgentē humorem quàm citiſſimè poteſt, etiam incoctum amoliri larga excretione contendit. Quo rerum euentu perculſus medicinæ parens Hippocrates, purgando vetat expectari turgentis materiæ concoctionem.

Capvt II.

TRibus ergo modis bona Iudicia exerceri ſolent: vel excernendo humores κατ' ἔκκρισιν, vel eos concoquendo κατὰ πεπασμὸν, vel transferendo κατ' ἀπόστασιν. Hic ἔκκρισιν non omnem intelligimus, ſed eam quæ ad iudicialem diem vehemēti motu, ac repente fiat: & ea quantitate, vt inde vel morbi remiſſio, vel etiam integra eius ſolutio conſequatur. Excernuntur humores, vel ſudoribus, vel hæmorrhagiis, vel

vrinis, vel deiectionibus, vel vomitibus, vel sputis: non crudi quidem, nec incocti. sed priùs iusta maturatione ritè mitigati. Et sic per acutas præcipuè febres, diebus imparibus subita vacuatione prorumpãt.

Nam iudiciis destinati dies constant omnes impari numero, nempe ad septenarios critica ratione reuocati. Quia 14.20.34. & 40. veri iudiciales, viderentur pares suo numero simpliciter considerati, nisi ad lunares septimanas referrentur. Imparibus, inquam, diebus iudiciales excretiones ita moueri solent, vt ab earum labore vires excitari potiùs, quàm labefactari videantur. Et ferè salutares existunt, si fiãt κτ' λόγον, pro ratione, & κατ' ἴξιν, è directo. Cæteri impares, vsque ad vicesimum, tertius, quintus, nonus, vndecimus, & decimus septimus vim iudicandi quidem etiam reti-

nent, indicandi autem præcipuè Quartus primi ſeptenarij, vndecimus ſecundi, decimusſeptimus tertij ſunt indices. A viceſimo ad quadrageſimum perit quaternarij poteſtas: & iam ipſius ſeptenarij langueſcit virtus. A quadrageſimo ad centeſimum viceſimum ſolus regnat vicenarius: atq. inde in morbis longioribus, veluti partubus, ſolius quadragenarij dominio vſque ad ſeptimum, Iudicia reguntur. Alij verò ſic ſtatuunt, quadrageſimum in longis morbis primum eſſe dierum iudicialium: Inde per vicenariòs progrediuntur ad centeſimum viceſimum: vbi duobus adiectis menſibus, ſex conficiunt menſes, quo ferè ſpatio verni morbi Autumno, autumnales vere ſoluantur. Sextum menſem ſequuntur bini, octauus, decimus, duodecimus: ab hoc deinde quaterni,

ni, 16. 20. 24. iudiciis planè familiares.

Capvt III.

POrrò asserunt, puerorum morbos longis interuallis redire solitos, iudicia subire vel septimo mense, vel septimo anno, vel decimo quarto, qui pubertatis annus dicitur. Atque ita in omnibus septenariam rationem seruari contendunt, vt per dies, sic per menses & annos.

Trium simul septenariorum triplicatus numerus facit 63. annos, tempus illud vitæ climactericum, quo nos veluti per septimanarum gradus, viuendo ascẽdimus : & fatale omnibus propemodum seculis obseruatum. Cæsar Augustus gloriabatur illius anni pericula euasisse : Iubens Caio Nepoti, vt læ-

tiùs ea de causa, Natalem suum celebraret. Alius autem triplex septenarius huic accedens, 84. ætatis annum constituit, metam rerum vltimã: & quam hactenus paucissimis mortalium transmittere contigit. Itæm quadragesimum nonum septem hebdomadis constantẽ, numero videlicet quadrato, & casuũ varietate insignem, inter Climactericos numerarunt. Quo exacto Israëlitæ exultantes, Iubila suis populis passim indicebant. Quatuordecim hebdomadæ seculum constituunt, quo quidem magnas rerum mutationes fieri proditũ est: septuaginta verò Danielis hebdomadæ, v. secula, fatalem periodum Imperiorum, hoc est 490. annos continent. Quinetiam iidem Israëlitæ, summa rerum suarum capita numerabant per septimanas generationum. Sed extant porrò & alia

vbique in Prophetis, infinita earum mysteria: cui rei satisfactum tali ratione putatur, quod nempe, sic visum SVPERIS.

CAPVT IV.

PEptica autem signa antecedunt Iudiciorum motus, Natura insurgente aduersus causas morbificas. Deinde sub ipsum iudicandi tempus, fit variorum symptomatum concursus, febrium exacerbationes, deliria, æstuans per habitum, pérque artus calor, arteriarum vndosa pulsatio: Interdum etiam Rigor, aliáque horrenda, vt ἀφωνία, ἀσφυξία. Vnde illa ταραχὴ turbatio iudicialis, tam expetenda bonis medicis, quàm imperitis metuenda. Illi enim taciti animis exultant, cùm imperiti ve-

luti deploratis rebus mœrentes, præcipiti cursu confugiunt ad presbyteros. Natura concocto morbo, hostilem humorem, mediis venarum atque arteriarum spatiis exclusum, transmittit in habitum: inde subitus Rigor membra concutit. Inito illic certamine, vbi paratas habet veluti præsidiarias copias spirituum & caloris insiti, victrix Natura, aut sudore per spiracula corporis, aut vomitu, aut hæmorrhagia, aut vrinis, aut deiectione infestum humorem extrudit. Sin minùs, & parta in habitu corporis victoriâ, inde recurrat potentior hostis, etiam collocata interiùs præsidia exiguo labore opprimit, vitámque dissoluit.

CAPVT V.

De bonis sudoribus.

HAEC de salutiferis sudoribus Hippocrates.

Οἱ ἱδρῶτες ἄριστοι, ὁκόσοι διὰ παντὸς τοῦ σώματος, καὶ ἐν ἡμέρησι τε κρισίμοισι γινόμενοι· καὶ θερμοὶ, καὶ τελείως τὸν πυρετὸν ἀπαλλάττοντες. Ἄριστοι καὶ οἱ λύοντες τοὺς πυρετοὺς ἐν ἡμέρῃ κρισίμῳ. χρήσιμοι δὲ καὶ οἱ κουφίζοντες.

Sudores optimi, quicunque per vniuersum corpus ac iudicialibus dieb. fiũt calidi, & febrẽ prorsus auferẽtes. Optimi etiam, qui iudiciali die soluunt febres. Vtiles qui eas remittunt.

NOTAE APHORISTICAE ad bonos sudores.

Tales igitur bonorum sudorum conditiones esse oportet, ut calidi, ut toto corpore diffluant: ut concocto morbo, ut die critico, & in declinatione tum particularium accessionum, tum morbi totius. At sudorum materia non solùm in habitu corporis, sed etiam in mediis vasorum spatiis, atque adeò in ipsis visceribus consistit: ubi vera vitiosi humoris scaturigo potissimùm delitescit. Illa autem primò ex habitu, secundò è venis atq. arteriis, postremò ex intima viscerũ regione transmissa, proruit per cutis spiracula. Eò usque dum exhausta penitus turbarum causâ, Natura sibi videatur in integrum restituta, & extra Recidiuæ metum. Ergo à summo capite incipiens sudor, atque ad inferiora sensim dilapsus, extremos etiam artus liberaliter suo ma-

dore perfundit. Et is nimirùm cui maximè ſpem aliquam ſalutis tutò liceat committere. Vniuerſalis, calidùſque ſudor, iuſtum excretionis modum, definitos iudiciorum dies, ac pepaſmos ritè obſeruans.

Sudore iſtiuſmodi liberatos accepimus ex acutis periculoſiſque febribus: Periclem quarto die: Metonem 5. Melidiam 11. Herophontem 17. Nicodemũ 24. Abderitanam virginẽ 27. Anaxionem 34. Quendam in horto Dealcis decumbentẽ 40. & Cleonactidem 80. ἵδρωσαν θερμῷ πολλῷ δι' ὅλου, καὶ τελείως ἐκρίθησαν ἄπυροι, καὶ ἄνευ ὑποστροφῆς. *Sudarunt calidum plurimum, toto corpore, perfectum iudicium experti, febris immunes, & ſine Recidiua. Porrò inde apparere poteſt boni ſudoris efficacia, quòd ſcilicet ſolo perſpiratu, hoc eſt inſenſibili tenuium vaporum exhalatione, plerique morbi ſaneſcant.*

CAPVT VI.

De *malis ſudoribus*.

FRigidus autem, vel qui vniuerſum peruadat corpus, vel quibuſdam ſolùm partibus inſideat: diuerſo longè ſucceſſu, per acutas febres, funeſtos intentat metus, certámque mortem denunciat. Per alias non acutas, ſed mitiores, ἢ ἀκρισίας, ἢ χρόνους, ἢ πόνους, ἢ ὑποστροφάς: aut iudiciorum defectus, aut longas dierum prorogationes, aut labores, aut Recidiuas portendit. ξὺν μὲν ὀξεῖ πυρετῷ θάνατον, ξὺν δὲ πρηϋτέρῳ μῆκος νόσου. Cum febre acuta exitium, cum remiſſiori longitudinē morbi. Quinimo etiam in moribundis, ſubcalidus quidam, tenuíſque ſudor διαφορητικὸς, ſimul omnes artus proluens, ac ſenſim refrige-

ſcens, non deſiſtit, quin fatiſcente Natura, prorſúſque exolutis viribus, calorem vitæ penitus extinguat.

NOTAE APHORISTICAE ad malos ſudores. aliáſque excretiones.

De modo excretionum, eas ἀξιολόγους eſſe oportere iam dictum eſt: & ea quidem quantitate, vt ſoluendis morbis pares eſſe queant. Illas enim ſubitò reuocari adhuc imperfectas, inter κρίσιμα μὴ κρίνοντα, *Iudicatoria non indicantia numerare licet: quæ aut indicatu difficilia, aut omnino lethalia eſſe ſolent:* τὰ μὲν θανατώδεα, τὰ δὲ δύσκριτα. *Hippocrati autem appellantur* δύσκριτα, *quæcunque vel tardiùs, víque maiore, vel intercesſione grauiorum caſuum, & cum Recidiuæ metu, atque etiam cum periculo diſſoluuntur.*

Ad ſigna Iudicialia excretionem ſequi neceſſe eſt: atque inde ſolutionem, vel ſaltem remiſſionem morbi ſuccedere. Illa ergo vel ſequitur Naturæ victricis impulſu, vel ſubſiſtit eiuſdem imbecillitate. Sic ſubſiſtens ritè prænuntiata excretio, ipſam Naturam opprimit, reflui, aut intercepti humoris copiâ. Nihil paucum Iudicio decernit: οὐδὲν ὀλίγον κριτικόν. *Et omnis excretio quæ ſtatim deſinat, periculum denunciat. Rigor per ardentes febres, excitatus iudiciali die, vnde nihil, vel omnino modicum excernatur,* ἐστὶ κρίσιμον μὴ κρῖνον: *Indicatorium non iudicans, & irritus Naturæ conatus. Ipſum autem ſexto die moueri, Iudicij anticipatio eſt, quâ morbus Naturam nondum paratam certamini, celeritate præuenit. Et illa quidem Iudicij anticipatio,* δύσκριτος: *& pericula, Recidiuáſque minitans.*

Vxorem Dromeadæ Rigor intempestiuus, sexto die inuaserat, quam inde cita mors abripuit. οἷσιν ἑκταίοισιν ῥῖγος γίνεται, δύσκριτον. *Qui Rigores die sexto fiunt, iudicij difficultatem indicant. Qua mente asserit Galenus fieri non posse, vt bilis effundatur iudiciali motu in habitum, citiùs quàm septimo die.* Ἀδυνατόν ἐστιν (*inquit*) ἀναχυθῆναι τὴν χολὴν κριτικῶς, θᾶττον τῆς ἑβδόμης.

Quod enim Larissæa virgo perfecto iudicio liberata euaserit, cum die sexto inhorruisset: notandum plethoricum fuisse morbum, expertem κακοηθείας, & mouentem se paribus diebus: non autem biliosum, neque exurentem feruida inflammatione partes principes. Et hîc exclamat Galenus, τὸ ξένον, καὶ πάνυ σπάνιον καὶ παράδοξον: *Rem nouam & rarissimè visam, prætérque vsum, & opinionem: malè fido die extitisse iudicium, nec reuertisse:* κριθῆναι μηδὲ ὑποστρέψαι. *Qui*

dies perfidiæ, sæuitiæque nomine, Tyrannus est appellatus.

Imò verò septimo etiam die, aliisque imparibus, vbi nulla vel pauca antecesserint signa salutaria, grauem omnino Iudiciorum exitum expectabis: Omnésque temerarios motus, hoc est nulla significatione prænũtiatos, & decretoria, quæ nihil decernant, damnosis casibus accensebis. Nam licet, inde horrenda morborum symptomata sublata videantur, vt febris, deliria, conuulsiones, ἀσφυξίαι, ἀφωνίαι, aliáque id genus: Quia tamen neque iusta excretione id accidit, neque pepasmo, neque abscessu, neque μεταπτώσει degeneratione in leuiorem morbum: sed παραλόγως, ἀσήμως, & ἀκρίτως, temerè, & indicta causa, vt loquitur Hippocrates, tales motus suspectos habere oportet.

CAPVT VII.

De Recidiuis.

EX reliquiis verò imperfectæ iudicationis, nouus excitatur morbus: Et qui fugisse videbatur hostis, sæpè ad pugnam redit: factóque impetu, non desinit vrgere, quin vel superatam Naturam planè prosternat, vel ipse turpi fugâ decedere cogatur. Morbus naturam superans, aut lethalis est, aut certè difficilis: & ἀκρισίας parit, vel Recidiuas. Illas efficiunt partim natiui caloris imbecillitas, partim materiæ morbificæ vitiũ: quod quidem tum in cruditate, tum in malignitate consistit. Veræ Ἀκρισίαι sui nominis conditionem secutæ, nihil prorsus iudicant: cæteræ cum periculo, vel cum exitio.

Recidiuæ, peculiares sunt morbis, quicunque varia, & multiplici materiâ, eáque frigida, cruda, crassa, lenta, contumaci ac repugnante, aut malignâ constant. Talis enim materia nec omnino concoqui, neque tota simul excerni, neque moueri loco potest. Dicimus omnino concoqui non posse, quia partem necesse est: ne corruptelam grauiorem ipsa contrahat, vnde ferantur Aegri lethali casu præcipites. Cæterùm ex reliquiis talis materiæ, Recidiuas perpetuò insequi videas: & maximè ad illas solutiones, quæ fuerint, vt iam dictum est, παραλόγως, καὶ ἀσήμως, citra rationem, & signa λυτήρια, hoc est, liberationem certò indicantia. Ergo in partem solùm euicta materiâ: seu iudiciali, seu alieno die, siue initiò, aut declinatione desierint morbi, eorum reuersiones necessariò ex-

pectabis: & cum signis quidē mediocriter prauis seu ambiguis, ambiguas: cum lethalibus perniciosas: cum bonis autem ac salutaribus, salutiferas. Rarissimè visi sunt morbi, sexto, vel octauo die feliciter iudicari.

Hærent multo tempore cunctabundi & contumaces, in crassitie humoris, cùm in calida tenuíque materia, subita excretione resoluti desinant. Nam febris ardens statim primo quaternario, quinto die, vel summū septimò iudicari solet. Est quippe illius humor sequax, agitabilis, & paratus obsequio: seu iniusto morbi dominio, seu legitimo Naturæ imperio, aut medicamētis regatur. Ac proinde per hāc febrē, *Aut cita mors vrgens venit, aut victoria læta.* Facta nimirū ἐξαπίνης subita illa excretione, quæ in ratione veri iudicij desideratur. Tale iudicium

Recidiuæ, peculiares ſunt morbis, quicunque varia, & multiplici materiâ, eáque frigida, cruda, craſſa, lenta, contumaci ac repugnante, aut malignâ conſtant. Talis enim materia nec omnino concoqui, neque tota ſimul excerni, neque moueri loco poteſt. Dicimus omnino concoqui non poſſe, quia partem neceſſe eſt: ne corruptelam grauiorem ipſa contrahat, vnde ferantur Aegri lethali caſu præcipites. Cæterùm ex reliquiis talis materiæ, Recidiuas perpetuò inſequi videas: & maximè ad illas ſolutiones, quæ fuerint, vt iam dictum eſt, παραλόγως, ϗ ἀσήμως, citra rationem, & ſigna λυτήρια, hoc eſt, liberationem certò indicantia. Ergo in partem ſolùm euicta materiâ: ſeu iudiciali, ſeu alieno die, ſiue initiò, aut declinatione deſierint morbi, eorum reuerſiones neceſſariò ex-

pectabis : & cum ſignis quidē mediocriter prauis ſeu ambiguis, ambiguas : cum lethalibus pernicioſas : cum bonis autem ac ſalutaribus, ſalutiferas. Rariſſimè viſi ſunt morbi, ſexto, vel octauo die feliciter iudicari.

Hærent multo tempore cunctabundi & contumaces, in craſſitie humoris, cùm in calida tenuíque materia, ſubita excretione reſoluti deſinant. Nam febris ardens ſtatim primo quaternario, quinto die, vel ſummū ſeptimò iudicari ſolet. Eſt quippe illius humor ſequax, agitabilis, & paratus obſequio : ſeu iniuſto morbi dominio, ſeu legitimo Naturæ imperio, aut medicamētis regatur. Ac proinde per hāc febrē, *Aut cita mors vrgens venit, aut victoria læta*. Facta nimirū ἐξαπίνης ſubita illa excretione, quæ in ratione veri iudicij deſideratur. Tale iudicium

in acutis fieri poteſt, vſque ad 20. diem. At in aliis lõgioribus, vt materia paulatim coquitur, ſic eam paulatim pro cõditione virium excerni conuenit. Fractæ vires longitudine morbi, neque ferre poſſunt magnas vacuationes, neque mouere vniuerſas: & diuturnitate laboris profligatæ Naturæ, acceſſu Recidiuarum facilè diſſoluuntur.

Capvt VIII.

De bonis vrinis.

VRinæ ſalutem indicantes, Hippocrati ſic in modum ſequentem recenſentur.

Τὰ τοῦ σώματος ἐκκρινόμενα, ἀπὸ τῶν κατὰ φύσιν ὀλίγον

Corporis excretiones quæ parũ diſſideãt ab iis, quæ na-

turalem habitum retinent, exiguum morbũ ſignificant.

Quò citiùs vrinæ ſedimẽtũ habent, eò citiùs iudicium fore teſtantur.

Vrina in febre ſedimentũ habẽs album, læue, ac bene cõſiſtens, citã ſolutionem denunciat.

Subrubra verò ante ſeptimum diem, cũ ſubrubro ac læui ſedimẽto, liberat ſeptimo die: poſt

ἀφιστάμενα, ὀλίγην ἐστὶ τὴν νόσον ἐνδείκνυται.

Οἷσιν οὖρα ταχέως ὑπόστασιν ἴσχει, ταχέως οὗτοι κρίνονται.

Τὸ οὖρον ἐν πυρετῷ λευκὴν ἔχον καὶ λείην ὑπόστασιν, ἱδρυμένην, ταχεῖαν ἄφεσιν σημαίνει.

Τὸ δὲ ὑπέρυθρον, καὶ τὴν ὑπόστασιν ἔχον ὑπέρυθρόν τε καὶ λείην, πρὸ μὲν τῆς ἑβδόμης γινόμενον, ἑβδομαῖον ἀπολύει· μετὰ δὲ τὴν

ἑβδόμην χρονιότερον, ἢ πάντως χρόνιον.

Τὸ ἐν τετάρτῃ λευκὸν ἐπινέφελον ὑπέρυθρον, ἑβδομαῖον ἀπολύει, τῶν λοιπῶν κατὰ λόγον ἐχόντων.

Νεφέλαι ἐν οὔροισι λευκαὶ μὲν, καὶ κάτω, λυσιτελέες.

Ἐν πλευριτικοῖσιν οὖρον ὑπέρυθρον, ἔχον λείην ὑπόστασιν, ἀσφαλέα κρίσιν σημαίνει.

ſeptimum talis exiſtens, tardiùs, vel etiam tardiſſimè liberat.

Quin & nubecula ſubrubra, quarto die apparens, cæteris pro ratione habẽtibus, incolumitatẽ ſeptimo die promittit.

Etiã albæ nubeculæ, deorsũ inclinantes, vtilem præſtãt ſucceſſum.

Item pleuriticis, vrina rubra, cum læui ſedimẽto, iudicij ſecuritatem oſtendit.

NOTAE APHORISTICAE ad bonas vrinas.

IN quibuscumque excretionibus, vt supra dictum est, ea moderatio esse debet, quæ vel omnino soluat morbum, vel eum reddat leuiorem: siquidem largiore excretione dissoluuntur vires: parciore imbecillitas Naturæ, aut morbi malignitas indicatur. πεπασμὸν *autem præire oportet, signum si constans perseueret, salutis fidelissimum. Sæpissimè initiò sedimenta videas, quæ paulò pòst, diebus insequentibus euanescant. Bona incerta & fugacia, in mala ferè degenerant. Coctum hîc censetur, quod neq. tenue, neque crassũ, at naturali colore est. Nos vrinas colorẽ naturæ consentaneũ, ac mediocrem consistentiam præferentes, coctas dicimus: magis verò quæ habeãt vel nubes laudabiles, vel sedimẽta alba, læuia, æqualia, & constantia. Nam quæ modò albæ & leues,*

modò aliæ prodeunt, labores denunciare solent. Biliosorum affectuum ferè sunt pura lotia, & sine contentis, vel certè paucis admodum: Eorum autem morborum qui crudæ materiæ copia constant, illa densiora plurimùm existunt.

Inter coquendum per initia, calore suscitantur flatus, quorum impetu agitatæ vrinæ, variè turbãtur: donec illis paulatim discußis, vi eiusdem caloris, tandem separentur elementa. Tum aqueam portionem enatare videas, terream autem in imo subsidere. Et sic ἄκριτον quod erat indiscretum, confusum atque impurum, facessere decẽti mutatione in εὔκριτον, hoc est, bene discretum purum & inconfusum. Raro prius quarto die fit illa expetenda medicis elementorum secretio, cui tantùm fidei attribui solet: proprium ac peculiare Naturæ victricis opus. Quæ initiò aquea, tenuis erat vrina, paulatim κατὰ πεσσαγωγὴν maturatione crassescit: ex albo pallescit, citrinum induit colorem:

factóque tandem ſedimento, εὔκριτος, & ſincera euadit. Quæ quidem certiſſima pepaſmi ſigna, & ſecura putantur ſperatæ ſalutis pignora.

CAPVT IX.

De malis vrinis.

SIc autem ſucceſſu infelices vrinæ: quæ quidem vel conſiſtentiâ ſimul & colore peccant: vel cõtentis & ſedimento: vel interceptæ ſubſiſtunt, fluúntque parciùs. hîc verò primùm conſiſtentiâ ſimul coloréque peccantes.

Aquea vrina, tenuis, alba, pellucida, mala, quia cruda eſt, atque incocta.

Τὸ οὖρον ὑδατῶδες καὶ λεπτὸν, λευκὸν καὶ διαφανὲς, μοχθηρὸν, ὅτι ὠμὸν καὶ ἄπεπτον.

Aliæ ex aliis, hoc eſt, variæ differẽtéſq. mictiones, longiores efficiũt morbos.

Ἐν πυρετῷ ἄλλοτε ἀλλοίων οὐρήσιες μηκύνουσι.

Pernicioſa, quæ in principio quidẽ cocta eſt, poſt quartum verò diem tenuata incrudeſcit.

Ὀλέθριον δὲ ἐν ἀρχῇ μὲν πέπον, μετὰ δὲ τὴν τετράδα λεπτυνόμενον.

Inſtar aquæ perpetuò alba, eſt in longis morbis iudicatu difficilis, & minimè ſecura.

Τὸ ὑδατῶδες, καὶ λευκὸν διατελέως ἐν χρονίῃσι δύσκριτον, καὶ ἀσφαλές.

Cruenta in principio emiſſa, longitudinẽ: perturbata non ſubſidens recidiuam:

Τὸ αἱματῶδες ἐν ἀρχῇ οὐρηθὲν χρόνιον· τὸ δὲ ἀνατεταραγμένον ἀνιδρύμενον, ὑποστροφὴν σημαίνει.

τὸ δὲ λευκὸν οἷον ὑποζυγίων, κεφαλαλγίην· τὸ δὲ ὑμενῶδες σπασμόν.

alba velut iumentorum, capitis dolorem: pelliculosa cōuulsionem denunciat.

Τὸ δὲ ἔκλευκον ἐν καυσώδεσι κάκιστον.

Valde alba per febres ardētes pessima.

Τὸ λεπτὸν, καὶ τὸ χολῶδες ἄνευ ὑποστάσιος, χρόνιον, καὶ οὐκ ἀκίνδυνον· χρόνων μὲν περὶ κρίσιν γινομένων.

Tenuis ac biliosa sine sedimento, morbi est diuturni: & siquidē segniore progressu feratur ad iudicationē, periculum etiam minitantis.

Κινδυνῶδες καὶ τὸ ἐκ μέλανος, μεθιστάμενον ἐς λεπτὸν χολῶδες· ἔχον τὸ ἐξ ὑποστάσιος διασπώμενον.

Periculosa, & quæ ex nigra, trāsit in tenuē biliosam: habétque diuulsum sedimentum.

Mala

Πονηρὸν καὶ τὸ μετὰ ποτὸν ταχέως διουρούμενον.

Mala etiam quæ statim à potu, citato cursu erumpit.

Πονηρὰ καὶ τὰ χλοιώδεα, καὶ τὰ κονιώδεα, μετὰ δυσπνοίης.

Item virescẽtes: & lixiuio similes vrinæ cum dyspnœa, malæ.

Εν μακροῖσι πυρετοῖσι, λεπτοῖσι, πλανώδεσι, λεπτῶν οὔρων ἐκρήσιες σπληνώδεες.

In longis febribus, exiguis, erraticis, tenuium vrinarum eruptiones, lienosos affectus indicant.

Εἰ δὲ πάνυ πολλὴ τῆς κατὰ φύσιν ἡ μετάβασις γένηται, θανάσιμον εἶναι τὸ νόσημα ὑπολειπτέον.

Vt maximus à Natura est recessus, sic morbos lethales esse, suspicari licet.

NOTAE APHORISTICAE ad vrinas colore & consistentiâ peccantes.

QVàm diu perseuerat cruditas, tamdiu in principio esse morbus censetur. Aqueæ tenuésque vrinæ, citra manifestam obstructionem, sunt cruditatis indices.

Consuetis & naturalibus dissimiles, tantò deteriores, quantò dissimiliores.

Obstructione tenuantur nephriticis vrinæ, remanente videlicet crassamento.

Per acutas febres, vrinas perdurare tenues, indicium delirij.

Cruditas quæ appareat vltra primas periodos, diuturnitatem aut periculum denunciat: diuturnitatē si reliqua signa salutaria fuerint: periculum, si lethalia.

Cruditas toto morbi decursu perseuerans, denunciat difficile, tardúmque iudicium.

Vt cruditas vrinæ, morbo ineunte, negligi potest, sic infirma censeri debet primis diebus, pepasmi fides.

Sæpe videas incrudescere dilutas, spumantésque vrinas, destillationis accessu.

Præcipites, insciis ægris ac sine sensu effluentes, plurimùm lethales. Iis enim aut mentem laborare, aut vim sentiendi extinctam esse, aut resolutum vesicæ musculum significatur.

Potum in acutis rapi statim ad renes, atque excludi celeriter, perniciosum.

Coqui derepente vrinas, nulloque signo coctionis antegresso, id παραλόγως *fieri putandum est.*

Censetur in crudis vrinis, τὸ ὑδατῶδες*, tenuis aquæ instar:* τὸ διαφανὲς *tenuis, & perspicua:* τὸ γαλακτῶδες*, lactea, hoc est, alba simul & crassa: Item biliosa, subrubra, & rubore saturata, ignei ardoris indices: Item* χλοιῶδες *virescens,* καὶ τὸ κονιῶδες*, lixiuio*

similis, germana soboles impurorum, corruptorumque viscerum.

Crassæ, humorum copiam: fœtidæ putredinem: nigrescentes & liuidæ, aut impotentiam natiui caloris, aut eiusdem labefactationem, vel etiam extinctionē indicant.

Variâ & multiplici materiâ putrescente in venis, ob inæqualem pugnam naturæ & morbi, aliæ ex aliis, i. variæ excerni solent vrinæ: Et illæ quidem modò rubentes, modò biliosæ, modò laudabiles, modò vitiosæ, adeóque ancipiti euentu, vt in periculum magis nutet Aegrorum salus: seu materiæ contumaciâ, seu Naturæ imbecillitate.

A perturbatione humorum in venis, vrinæ turbidæ & malè puræ fiunt, lethali signo: scilicet, οἷον τὴν ὑπόστασιν ταράξιας.

Vrinas paulatim rubescere, vt appetūt superiora, turbulenti morbi est indiciū: sanguine videlicet sursum tendente.

Vrinas coctas apparere, deinde paulò pòst recrudescere, mali morbi est: quòd maturationem constantem esse oporteat.

CAPVT X.

SEquuntur deinceps, quæ peccant vitio contentorum & sedimenti.

Ἐρυθραὶ νεφέλαι, καὶ μέλαιναι, καὶ πέλιαι δύσκολοι.

Rubræ nubeculæ, & nigræ, & liuidæ difficiles.

Τὰ ἐν πλανώδεσι πυρετοῖσι μέλαινα νεφέλια, τεταρταίου· τὰ δὲ ἄχροα μέλασιν ἐναιωρήμασι μετ' ἀγρυπνίης καὶ ταραχῆς

In erraticis febrib. nigræ nubeculæ, quartanam: decolores nigricantibus enæorematis cum vigiliis, ac mẽtis

turbatione, phrenitidem: Lixiuio autem similes cū dyspnœa, hydropem prænunciant.

Vrina in febre, diuulsam habens densitatem, indicat aut Recidiuā, aut sudorem. Mictiones clā culū, sine sensu, atq. insciis ægris effluētes, perniciosę. Nū verò tales effluunt, ac si sedimentū valde turbaueris?

φρενιτικά· τὰ δὲ κονιώδεα μετὰ δυσπνοίης, ὑδατώδεα.

Οὖρον ἐν πυρετῷ δάσος ἔχον, διεσπασμένον, ὑποστροπικὸν, καὶ ἱδρῶδες.

Τὰ οὐρούμενα, μὴ ἐπιμνησάντων, ὀλέθρια. ἆρα τούτοισιν οὐρεῖται, οἷον εἰ τὴν ὑπόστασιν ταράξειας.

Τὸ μέλαν καὶ τὸ μέλαιναν ὑπόστασιν

Nigra vrina, nigróq. sedimento

ἔχον· καὶ τὸ χαλαζῶδες, καὶ τὸ γονοειδὲς, ὀλέθρια, ἐπίπονα.

Τὸ χολῶδες ἐν τοῖσιν ὀξέσι, ποικίλον χροιῇ, καὶ ὑποστάσει· καὶ τὸ κριμνῶδες μετὰ λευκῆς ὑποστάσιος· καὶ τὸ ἐκ συστροφιώδεος ὑπόστασιν ἴχον ἰλυώδεα, καὶ ὑποπέλιον, κινδυνώδεα.

Πλευριτικοῖσιν οὖρον αἱματῶδες, ζοφώδ-

prędita: & grãdinosa, & geniturae similis, laborem significant.

Biliosa in acutis, colore, atq. hypostasi varia: & quae crassioris farinae speciem referat, hypostasi albescente: & quae ex cõcretione crassamentorum subliuidum, limosúmq. deponat sedimẽtum, periculosae.

Pleuriticis cruenta, caliginosa, cum vario,

confusóq. sedimento, ferè lethalis intra dies quatuordecim: Magis autẽ lethalis, & mortem citiùs inferens porrhacea, cũ nigro aut furfuraceo sedimento.

Vrina bonã habens hypostasin, & mox habere desinens, laborem ostẽdit, atque mutationem.

Quæ verò habet hypostasin, ac turbata facilè re-

δὲς μετ' ὑποστάσεως ποικίλης, ἀδιακρίτου, θανάσιμον, ἐν τέσσαρσι καὶ δέκα ἡμέρῃσιν ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.

Θανάσιμον τε, καὶ συντόμως τὸ πρασοειδὲς μέλαιναν ἔχον ὑπόστασιν, ἢ πιτυρώδεα.

Τὸ οὖρον χρηστὴν ἔχον ὑπόστασιν, ἐξαπίνης μὴ ἔχον, πόνον, καὶ μεταβολὴν σημαίνει.

Τὸ δὲ ὑπόστασιν ἔχον ἐπιταραχθὲν, καθιστάμενον,

ῥῖγος περὶ κρίσιν· τάχα δὲ καὶ ἐς τριταῖον, ἢ τεταρταῖον μετάστασιν.

Τὸ δὲ ἐρυθρὸν σφόδρα, καὶ εὐανθὲς ὑπόστασιν χλωρὴν ἔχον, λείην, εἰλικρινέα, πολυχρόνιον σφόδρα, ταραχώδεα νοῦσον, μεταβάλλουσαν ἐς ἄλλην, οὐ μὴν ὀλέθριον.

Τὸ δὲ λευκὸν, ὑδατῶδες, κριμνώδεα πυῤῥὴν ἔχον ὑπόστασιν, πόνον καὶ

ſidet, rigorem circa iudiciũ: fortaſſis etiam tranſitũ in tertianã vel quartanam, indicat.

Rubra autem admodum, & florida cũ viridi ſedimẽto, læui, ac ſincero, longũ turbulentúmque morbum, & in alium tranſeũtem ſignificat: non tamẽ perniciosum.

Alba aquæ ſimilis, ruffam habens, furfuraceámq. hypoſtaſin, labo-

rem & periculũ: viridis autẽ cũ furfuraceo, ruffóque sedimento, longitudinẽ ostendit simul cum periculo.

At sputo similes habens hypostases, aut limosas, Rigoris: Aranei telas referens, colliquationis indicium est.

κίνδυνον σημαίνει. τὸ δὲ χλωρὸν πυῤῥὴν ἔχον ὑπόστασιν κριμνώδεα, χρόνον, καὶ κίνδυνον σημαίνει.

Τὸ δὲ πτυελώδεας ἔχον ὑποστάσιας, ἢ ἰλυώδεας, ῥίγεος δηλωτικόν. τὸ δὲ ἀραχνιῶδες συντήξιος.

NOTAE APHORISTICAE ad vrinas contentis, & sedimento peccantes.

VRinæ quæ totæ nigræ sunt, deteriores iis quarum sola contenta nigrescant.

Malè colorata sublimamenta, & ne-

bulæ, malignam materiam sursum appetere significant.

Per febres erraticas torridus vi caloris humor, ac veluti cinerescens nigrescit: Inque vrinas transmissus eas colore suo inficit.

Ab igneo calore colliquatio: Hinc verò & siccitas, & conuulsiones, & pelliculosæ fiunt vrinæ.

Sæpe fit, vt quod priùs collectum fuerat sedimẽtum, posteà flatuum incursione diuellatur: recrudescentis morbi & nouæ perturbationis indicium. Qualis vrina dicitur Hippocrati, τὸ οὖρον διασπώμενον ἐκ τῆς ὑποστάσιος: *sedimento diuulsa vrina.*

Illa autem si craßior inde fiat, magis inualescente flatu per febres erraticas, quartana denunciari potest.

Venarum impuritas & colluuies, vomicosæ Iecinoris aliorúmq. viscerum affectiones & corruptelæ, faciunt excretiones limosas, & fæculentas.

Ob caloris vehementiam exorta pinguedo, interdum summis vrinis enatare conspicitur, liquamenta internarum partium.

Capvt XI.

POstremò subsistentes vrinæ, fluentésve parciùs.

Vrinæ interceptio in biliosis, breui occidit.

Eadem cum sensu ponderis ad imum ventrẽ, fere denũciat strãguriã: sin minùs aliũ morbum, quo laborari solitum sit.

Ἐν χολώδεσιν οὔρου ἀπόληψις κτείνει συντόμως.

Οὔρου ἀπόληψις μετὰ βάρεος ἐν νειαίρῃ, σημαίνει ὡς τὰ πολλὰ στραγγουρίην· εἰ δὲ μὴ ἄλλην ἀῤῥωστίην, ἣν εἴωθεν ἀῤῥωστεῖν.

Οὔρων ἐπίσχεσις, καὶ νεφρῶν ἄλγημα ἐξαπιναῖον, λιθιδίων οὔρησιν, ἢ παχέων οὔρων σημαίνει.

Κύστις ἀποληφθεῖσα, ἄλλως τε, καὶ μετὰ κεφαλαλγίης, ἔχει τι σπασμῶδες.

Τὸ σμικρὰ ἐπιφαίνεσθαι οἷον στάξιας, καὶ οὖρον, καὶ ἔμετον, καὶ διαχωρήματα, κακὸν μὲν πάντως· κάκιστον δὲ, ἐγγὺς ἀλλήλων ἰόντα.

Vrinæ ſuppreſſio, repẽtinúſque Renũ dolor, calculorum vel craſſarum vrinarum mictionem ſignificat.

Intercepta veſica, quiddam habet conuulſiuum, cùm aliàs, tum ſi capitis dolor adfuerit.

Exigua quædam apparere, veluti ſtillas ſanguinis, aut vrinas, vomitiones, deiectiones, penitus quidẽ malum eſt: peſſimum verò, ſi breuibus interuallis ſeſe conſequantur.

NOTAE APHORISTICAE ad quantitatem vrinæ.

FRequenti, sed parca, & citra modum excretione, inanis ostenditur Naturæ conatus, labefactantur vires, nihilque inde ad morbi solutionem confertur.

CAPVT XII.

De bonis deiectionibus.

Deiectio mollis, cohærens, subruffa, & nõ valde fœtida, est optima.

Item, quæ excernatur pro ratione inge-

Τὸ διαχώρημα μαλθακόν τε καὶ συνεστηκὸς, καὶ ὑπόπυῤῥον, καὶ μὴ λίαν δυσῶδες, ἄριστον. τὸ δὲ διαχωρέον πλεῖον εἰ-

θισμένην ὥρην, πρὸς λόγον τῶν εἰσιόντων· καὶ τὸ παχυνόμενον πρὸς τὴν κρίσιν, χρήσιμον.

Δὶς ἢ τρὶς τῆς ἡμέρης ὑποχωρέειν, τῆς δὲ νυκτὸς ἅπαξ. πλείονα δὲ ἐπὶ τὸ πρωῒ, ὥσπερ συνήθης ἐστὶ τῷ ἀνθρώπῳ.

Τὸ δὲ καθαρὸν ἐπιγινόμενον, λύει πυρετὸν ὀξὺν μεθ' ἱδρῶτος.

storum, quâ horâ mos est sanis excerni: Et quæ crassescat circa iudicium, commoda est.

Bis, térve in die subduci aluum, noctu verò semel: at manè plura demitti, vt homini solitum.

Pura etiam deiectio, quæ videlicet retineat qualitates merè naturalis excremēti, febrem acutam soluit cū sudore.

Sin autem sit liquidius excrementū, cōfert ipsum sine stridore, sine impetu, rarioribus interuallis, & paulatim erumpere.

Alui turbatio, seu critica seu sponte Naturæ facta, si talia purget quæ purgari decet, bene succedit, facileque fertur.

Biliosæ deiectiōes surditatē sedāt, vt vicissim illæ surditate sedātur.

Εἰ δὲ ὑγρὸν εἴη τὸ διαχώρημα, ξυμφέρει μήτε τρύζειν, μήτε πυκνόν τε εἶναι, καὶ κατ᾽ ὀλίγον ὑποχωρέειν.

Ἡ ταραχὴ τῆς κοιλίης, ἢ κρισικὴ, ἢ αὐτομάτως γινομένη, ἢν μὲν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι καθαίρῃ, ξυμφέρει τε, καὶ εὐφόρως φέρεται.

Χολώδεα διαχωρήματα κώφωσις παύει· κώφωσιν δὲ παύει χολῶδες διαχώρημα.

NOTAE APHORISTICAE ad bonas deiectiones.

DVM Natura propriæ virtutis robore, molitur vél parotidas, vel sudores, vel hæmorrhagias, aliósue Criticos abscessus: ferè accidit, vt alui aut vesicæ excretiones, felici auspicio suppressæ cohibeantur: Et eas quidem tum lacessere, summum nefas.

Quanquam alui profluuiis plerosque tumores dissolui certum est seu auertendo, seu coërcendo influentes humores: Atque inde, materiæ partibus insidentis reliquias, paruo labore discussas halitu excludi: Aluo tamen cohibita, sese veluti refectis viribus recolligens Natura, spirituum calorísque refocillatione, suos abscessus feliciùs maturat, suppuratque.

At fatali dementiâ, Empirici omnem curationis vsum in vacuando collocantes, non desinunt exhauriendis Spiritibus,

Naturæ vires ita conuellere, dum ipsa penitus exoluta, & fatiscens cogatur morbi exitiale imperium capessere.

Capvt XIII.

De malis deiectionibus.

Deiectio liquida & aquosa, alba, & viridis, mala, quia cruda & incocta.	Τὸ διαχώρημα ὑγρὸν, καὶ ὑδαρὲς, λευκὸν, καὶ χλωρὸν πονηρόν· ὅτι ὠμὸν, καὶ ἄπεπτον.
Deiectiones nigræ, liuidæ, æruginosæ, pingues, ramentosæ, fœtidæ, pessimæ & lethales.	Τὰ διαχωρήματα μέλανα, πέλια, ἰώδεα, λιπαρὰ, ξυσματώδεα κάκοδμα, κάκιστα καὶ θανατώδεα.
Spumosa, & valde biliosa	Τὸ ἀφρῶδες πε-

εἴχολον διαχώρημα, φλαῦρον· ἰκτεριῶται ἐκ τοιούτων.

Τὸ πυῶδες, καὶ τὸ μέλαν, αἱματῶδες, πονηρὸν, σὺν πυρετῷ, καὶ ἄλλως.

Τὸ μέλαν οἷον αἷμα, καὶ σὺν πυρετῷ, καὶ ἄνευ πυρετοῦ πονηρόν.

Ἔκλευκον ἐν πυρετῷ, οὐκ εὐκρινές.

Τὸ διαχώρημα ποικίλον, χρόνιον ἔσεσθαι νόσημα, σημαίνει.

deiectio, mala: inde auriginosi fiunt.

Purulenta, & nigra, & cruenta, mala, & cum febre, & aliâs.

Nigra velut sanguis crassus & cum febre, & sine febre, similiter mala.

Valde alba in febre, est infausti iudicij.

Multiplici colore varia deiectio, morbi diuturni signũ est.

Est & valde praua, quæ valde varia est: & eò deterior, quò terribilior colore fuerit: præter quã assũpto Cathartico. Tũ enim vacat periculo, si copiâ non excedat.

Τὸ πικίλον καταχορὲς, φλαῦρον· καὶ χεῖρον ὅσω φοβερώτερον τῇ χροιῇ, πλὴν ὃ ἐν φαρμακείῃσι· ἐν γὰρ ταύτῃσιν ἀκίνδυνον, μὴ πλήθει ὑπερβάλλον.

Omnes denique in vniuersũ prorsus variæ deiectiones, sunt omnino prauæ.

Πάντα τὰ ποικίλα, καὶ τὰ καταχορέα, πονηρά.

Item liquida deiectio mala, seu confertim prorumpat, seu paulatim, & breuibus interuallis. Hæc enim vigi-

Ὑγρὸν, καὶ ἀθρόον, κατὰ μικρὸν, κακόν. τὸ μὲν γὰρ

ἀγρυπνίην, τὸ δὲ ἔκλυσιν τάχ' ἂν ποιήσῃ.

lias; illa virium exolutionem fortè fecerit.

NOTAE APHORISTICAE ad malas deiectiones.

Excrementa partim liquida vt diffluant, partim crassa vt consistant, multiplicem materiam, & inæqualem concoctionem ostendunt.

In Excrementis inæqualitatem, asperitatémque vocant, vbi dura mollibus, sicca liquidis permiscentur.

Tenuia biliosa cruditatem, spumosa igneam febris Naturam, & ardorem indicant.

Si deiectio prius biliosa, i. quæ pallidam bilem referat, in spumantem, sincerámque desinat, indicium aucti incendij: quodquidem serosam aqueámque partem, quà bilis diluebatur, absumpsit.

Nam feruente bile, fit spumosa deiectio, sinceráque, i. bilis puræ, & non perfusæ aquosa humiditate, quam Hippocrates vocat ἄκρητον. Illa sursum euecta, cum feruore igneóque ardore, parotidas excitare solet.

Aluo liquidiore multa confertim reddente, metuendum ab exolutione virium.

Multa eáque liquidiora deiicere, argumentum multi crudioris succi.

Morbi initiò aluum turbari ac diffluere, cruditatis manifestum indicium.

In acutis aluus liquida, magis damnanda quàm adstricta: Ab illa enim contingit febrem inualescere, & lædi caput non minùs quàm ab adstricta.

Et profluente aluo sæpissime videas, per febres pestilentes deliria superuenire, & grauiùs febricitari, indéque vires exolui.

Simul deiicere & exudare, malum,

quòd ſint motus contrarij.

Et ſudor ille imbecillitate Naturæ fieri videtur, non autem criticè.

Deiectiones pingues, nigræ, liuidæ, internæ colliquationis viſcerum, vel vſtæ materiæ indicia.

Nigra prodire per quartanas vi morbi, aut vſta materiâ lethale: at naturæ robore excerni, die critico, & pepaſmi ſignis præcedentibus, vtile.

Valde alba deiectio in febribus, arguit obſtructionem viarum ab hepate ad inteſtina: vnde vel regius morbus, vel grauior aliquis caſus expectari poſſit; aliò videlicet conuerſa bile: Quamobrem dicitur talis deiectio eſſe infauſti iudicij: οὐκ εὔκρινὲς διαχώρημα.

Ferè fit, vt seroſis vacuatis, craßior humorum portio reſtitans, maiore contumacia morbum exaſperet ac producat: Quo modo & externi tumores, tenui parte reſoluta, concoctu pertinaca-

ciores fieri ſolent, magiſque diuturni.

Deiectio ſine ſenſu, aut alienata ſit mente, aut particulari reſolutione inteſtini, aut extincta ſentiendi facultate, in communi ſenſus principio.

Atra bilis mordaci acrimoniâ inteſtina exulcerans, lethales facit dyſenterias: Quemquidem humorem videas Dyſentericis humi effuſum, mox veluti æſtu quodam efferueſcere, exſpumare, turgere inſtar fermenti, atque in bullas attolli.

Inde frequens illa, & inanis deſidendi cupiditas, nihil prorſus, vel admodum pauca deiiciens: πυκνὴ κατὰ μικρὰ ἀνάστασις: Irritatis videlicet acerrimo humore inteſtinis.

Cui morbo eſt lumborum dolor perquam familiaris: hoc eſt, inteſtinorum quæ lumbis aſſident, aut vinculorum, quibus ipſa lumbis renibúſque adhæreſcunt.

Talis humor, impotentiâ egerendi, aut

Naturæ

Naturæ imbecillitate cohibitus vel suppressus, transcursu ad exteriora, in eis maligna serpentiáque vlcera concitare solet.

Cæterorum humorum colluuies, intestino, primísque venis restitans, ibi putrescit morâ: putredine acrimoniā contrahit. At lenta materia tenaciùs adhærescens, nec loco cedens, multùm laboris Naturæ excernendo facessit. Meatuum autem interceptione interim Iecur elanguescens, varia labe corrumpitur.

Vires fractæ longitudine morbi, cum tabe corporis, non sustinent magna profluuia, citra periculum. Nam siquidem in vniuersum plurimùm ac repente vacuare, periculosum: Multò maximè, confectis morbo viribus. Quomodo vitiosa ædificia, leui flatuum impulsu sæpe corruunt.

At seu imbecillitate, seu inferiorum meatuum præclusione, sistatur aluus paulò antè diffluens, metuenda transla-

tio ad superiores principésque partes, κτ' μετάστασιν.

Multa cruditate diutiùs perseuerante, nec vllam admittente concoctionem, indicatur abscessus ad articulos, magis autem ad inferiores, quò frigidior fuerit materia.

In præsagiis non solùm spectare oportet quid contra Naturam Aegri, sed etiam quid contra Naturam morbi: vt per febres ardentes, pérque æstum ac putredinem toto corpore sæuientem, non fœtere excrementa: sordes aurium edulcari: non vrgeri vigiliis, non exagitare corpus: non sitire, lingua etiam rubente: neque ardere ad manum: quæ omnia ducenda pro lethalibus.

CAPVT XIV.

De salubri vomitu.

Οἱ μέλλοντες ἐμεῖν, πτυαλίζουσιν ἔμπροσθεν.

Ἔμετος ἀλυπότατός ἐστι, φλέγματος, καὶ χολῆς συμμεμιγμένος. μὴ πολὺς δὲ κάρτα ἐμείσθω.

Qui vomituri sunt, crebra sputatione priùs vrgeri solent.

Vomitio minimè molesta, quæ pituita, & bile permixta sit: & quidē copiâ mediocri.

NOTAE APHORISTICAE ad salubrem vomitum.

Vomitio, & quæcumque alia perturbatio conferunt, si quidem vi Naturæ fiant.

Inter signa excretionis per superiora, sæpe alui atque vrinæ suppreßio contingit, salutari successu.

At Critici vomitus signa sunt, ἄση, Nauseabundum fastidium: ἀλυσμὸς, anxietudo: ῥιπτασμὸς, iactatio: καρδιωγμὸς, stomachi vellicatio: πτυαλισμὸς, crebra sputatio: quibus accedunt, tum labri trepidatio, tum pulsus durities, & inæqualitas. Quæ symptomata fieri solent, æstuosa irruptione vitiosi acrisque humoris, ex vniuerso corpore in ventriculum: vnde lancinatio illa, vexatióque τῆς καρδίας, & quietis impatiens labor, cum Nausea, & fastidio.

Craßior fluctuantis humoris portio, tunicis imbibita & inhærescens, suos vellicatus in eas exercet: tenuior & aquosa, membranæ interioris consortio, in os facili affluxu resilit, πτυαλισμοῦ perennis materia.

Agitatis humoribus per vomitiones, prima prodit pituita: mox eam sequitur

bilis: nouißima autem egeritur melancholia.

Vel arte, vel sponte Naturæ expurgata materia quæ Nauseam mouebat, mali solutio est.

Exclusione calidi feruidique humoris qui sitim faciebat, non sitire vltra, bonum: sin autem per vomitum alienatione mentis, aut læsione sensus, non sitiat Aeger, peßimum.

In declinatione morbi, & eo concocto, salutaris nigrorum vomitio: crudo autem morbo, prorsus lethalis.

CAPVT XV.

De vomitu insalubri.

Τὰ ἀκρητέστερα τῶν ἐμουμένων, κακίω.

Quæ vomitu egerũtur, quò sinceriora, eò peiora.

Porrhaceus vomitus, & niger, & liuidus, item malus est.

Πρασοειδὴς δὲ ἔμετος, καὶ μέλας, καὶ πέλιος, πονηρόν.

Et si istos colores simul omnes quis euomat, prorsus exitiale.

Εἰ δὲ καὶ πάντα χρώματα ὁ αὐτὸς ἐμέοι, ὀλέθριον.

Celerrimum autem exitiũ prænunciat, liuida, fœtidáq. vomitio.

Τάχιστον δὲ θάνατον σημαίνει, ὁ πέλιος, καὶ κακώδης.

Est etiam perniciosus ruber vomitus, sed qui præsertim vehementi conatu, & cum dolore fiat.

Ἐστὶ δὲ θανάσιμος, ὁ ἐρυθρὸς ἔμετος· καὶ μάλιστα εἰ μετ᾽ ἀνάγκης ἐμέοιτο ἐπωδύνου.

Vomitiones paruæ, biliosæ

Τὰ μικρὰ ἐμέσματα χολώδεα

κακόν· ἄλλως τε, ἢν ἀγρυπνέωσι.

Οἱ κατὰ μικρὸν ταχεῖς χολώδεες, ἄκρητοι ἔμετοι κακὸν, ἐν ὑποφορῇ πλείονι, καὶ ὀσφύος ἀλγήματι συντόνῳ.

Ἐπὶ ἀκρήτοις ἐμέτοις, καὶ ὁμοίως ἐν τῇσιν ὑποκαθάρσεσι, τῇσιν ἐκ τῶν φαρμακείων, λυγμὸς, καὶ σπασμὸς, κακόν.

malũ indicant, tum aliâs, tum ſi vigiliæ ipſis accedant.

Pauca breuibus interuallis egerentes, ac ſubitæ vomitiones bilioſæ, ſinceræ, malũ cum alui fluxu, & circa lũbos pertinaci dolore.

In ſinceris vomitibus, & in purgationibus immodicis per vſum medicamẽtorum, ſingultus, & conuulſio, ſimiliter malum.

Vomiturientē sitibūdum, liberari siti citra rationē, & sitiferis causis etiamnū remanentib., malū.

Ἐν ἐμέτῳ διψώδεα ἐόντα, ἄδιψον γενέσθαι, κακόν.

Frequentes per eadem vomituū recidiuæ, circa iudicium, nigram egestionē ciēt: atque interdum tremores faciunt.

Αἱ πυκναὶ διὰ τῶν αὐτῶν ἀποστροφαὶ ἐμετώδεες, περὶ κρίσιν, μέλανα ἔμετον ποιέουσι.

NOTAE APHORISTICAE ad insalubrem vomitum.

*A*Κριτον *dicitur Hippocrati* ἄμικτον, *hoc est non mixtum, & sincerum: de bile flaua duntaxat, quæ non sit vllo sero permixta. Neque enim ipse solet vn-*

quam æruginoſas, aut porrhaceas, aliáſ-ue billioſas excretiones dicere ἀκρίτους, niſi quæ ſint à flaua bile ſimplici.

Sinceræ bilis vomitu, incendium ſignificatur in partibus circa ventrem, vbi materiæ exuri ſolent, febrili ſcilicet foco.

Aeruginoſus color, ad bilem atram via eſt, & vehementem vſtionem indicat.

Atram bilem crudo adhuc morbo prodire aut excerni lethale: ſignis autem pepaſmi iam editis, non ita malum.

Seu vitio hepatis, ſiue culpâ venoſi generis, prodeant rubra per acutos morbos, periculum denunciant.

Concitari humores, & nullã inde conſentaneam vacuationẽ ſuccedere, ſignum eſt Naturæ imbecillioris, aut materiæ malignæ, & contumacius inhærentis.

Quinetiã ſuccedente conſentanea vacuatione, niſi moleſtia Nauſeæ, & anxietudo conquieſcant, graue diſcrimen ſignificatur.

Capvt XVI.

De sputo laudabili.

Pleuritidibus, sputum incipiens tertio iam die maturari, & exspui, citiores facit solutiones.

In iis vtile est aluum emolliri, sputa colorari, strepitum pectoris abesse: Contraria autem difficilia: Item si sputum dulcescat.

Ἐν πλευρίτισι πτύαλον μὲν τριταῖον ἀρχόμενον πεπαίνεσθαι, καὶ πτύεσθαι, θάσσους ποιέει τὰς ἀπολύσιας.

Ἐν αὐταῖς χρήσιμον κοιλίην μαλάσσεσθαι, πτύαλα χρωματίζεσθαι, ψόφους ἐν τῷ στήθει μὴ γίνεσθαι· τὰ δὲ τούτων ἐναντία, δυσχερέα, καὶ πτύαλον γλυκαινόμενον.

Πτύαλον δὲ χρὴ εὐπετέως, καὶ ταχέως ἀναπτύεσθαι. μεμίχθαι τε τὸ ξανθὸν τῷ πτυέλῳ.

Αἵματι μὴ πολλῷ συμμεμιγμένον τὸ ξανθὸν, ἐν ἀρχῇ μὲν σωτήριον.

Sputū oportet facilè, ac citò exſpui, & flauo colore induci.

Item flauum, iā inde ab initio modico sāguine perfuſum erumpere, ſalutis indicio eſt.

NOTAE APHORISTICAE ad ſputum laudabile.

PEctoralium excretionum ſola via eſt per aſperam Arteriam. Quippe aërea, & halituoſa, feruntur facile ad ſuperiora, naturali motu. nec habet pectus, quâ deorſum excludat ſua excrementa.

Elaxata, rarefactaque membranâ, resudat materia, vnde sputa colorantur. Quibus quidem colorẽ induci melius est, non statim initio morbi, nec in eius cruditate, sed post aliquantulum progressũ, & iam incipientem maturationem.

Facilius autem transfluit bilis tenuior: & sanguis Naturæ familiaris citius euinci potest. Vnde fit, vt pleuritides à calido humore, celerius iudicentur.

Crudo morbo, adstrictiora omnia esse solent: vt autem paulatim concoctio, seu maturatio procedit, sic & paulatim adstrictionem temperari consentaneum est.

Vt cæteri morbi, sic & repurgatio thoracis suos habet destinatos criticos dies.

Quibus diebus exactis, in morbo salutari suppuratio, eruptióque expectari debet.

CAPVT XVII.

De ſputo vitioſo.

Πονηρὸν πάντως τὸ πτύαλον ξανθὸν ἄκρητον, καὶ τὸ γλισχρὸν, καὶ λευκὸν, καὶ στρογγύλον, καὶ τὸ χλωρὸν σφόδρα, καὶ τὸ ἀφρώδες, καὶ τὸ πελιώδες, καὶ ἰώδες.

Πονηρὸν καὶ τὸ μὴ λύον τὴν ὀδύνην.

Αἱματώδες δὲ λίην, ἢ πέλιον εὐθέως ἐν ἀρχῇ,

Prauum penitus ſputũ, & flauum ſincerum, & glutinoſum, & album, & rotundum, & ex pallido vireſcens valde, & ſpumoſum, & liuidum, & æruginoſum.

Omne porrò ſputũ non ſedans dolorẽ: & valde cruentum, ac liuidũ, ſtatim initiò,

periculoſum. κινδυνώδεες.

Siccæ & nihil expuētes pleuritides, difficillimæ.

Αἱ ξηραὶ τῶν πλευριτίδων καὶ ἄπτυστοι, χαλεπώταται.

Pleuriticis ſtatim initiò, purulentæ expectoratiōes, tertio vel quinto die, mortē denunciant.

Πλευριτικοῖσιν ἐν ἀρχῇ πάμπυοι αἱ πτύσιες, τριταῖοι θνήσκουσιν, ἢ πεμπταῖοι.

Anginoſis autem ſubarida ſputa: glutinoſa, craſſa, valde alba, & expurgatu cōtumacia mala.

Κυναγχικοὶ μὴ ταχὺ ἀναπτύοντες πέπονα, ὀλέθριον. ἐν τῇ κυνάγχῃ πτύσματα γλίσχρα, παχέα, ἔκλευκα, βιαίως ἀναγόμενα, κακόν.

Item anginoſi, qui cocta citò non expuunt, pernicioſo ſunt ſtatu.

Τὰ ὑπόξηρα πτύσματα ἐν τοῖσι κυναγχικοῖσι, κακόν.

NOTAE APHORISTICAE ad ſputum vitioſum.

Liuidum ſputum, extinctionem, æruginoſum ac viride vſtionem, pallidum imperfectam maturationẽ, ſpumoſum exagitationem materiæ ab incendio, indicant.

Naturæ inæquali opere, & materiæ varietate, accidit, varias fieri ſputorum excretiones.

Sputa quædam λιγνυώδεα, *ſeu fuliginoſa dicta, non quòd atra ſint, inſtar fuliginis: ſed quòd fuliginem odore ſuo referant. ſic &* πυώδεα, *non quòd verè purulenta, ſed quòd puri ſimilia.*

Ea ex amaris dulcia fieri, citra rationem, languentis caloris indicium.

Feruore & flatu exagitata materia, anguſtis bronchiorum, atque arteriæ meatibus inhæreſcens, reſpirationẽ intercipit,

facitque strepitum.

Adstricta membrana nihil effluit: & si quæ prodeunt sputa non colorantur, inde crudus morbus, & ἄπλυστος *dici solet.*

Capvt XVIII.

De pepasmo.

Non cruda, sed concocta purgationibus mouenda.

Pepasmos eorum quæ excernũtur, præcipuè, & criticas abscessiones considerare oportet.

Pepasmus eorum cõcoctio

Πέπονα φαρμακεύειν, καὶ κινέειν, μὴ ὠμά.

Χρὴ πεπασμοὺς τῶν ἀπιόντων μάλιστα, καὶ κρισίμους ἀποστάσιας σκοπέεσθαι.

Πεπασμός ἐστι

πέψις τῶν παρὰ φύσιν· τῶν δὲ ἀπιόντων μάλιστα.

est, quæ sunt præter Naturam: & eorum maximè quæ abeunt, aut secedunt.

Η, πεπασμός ἐστι ἀγωγή τις ἐς κρᾶσιν συμμέτρην.

Vel pepasmꝰ, quędam deductio est ad mediocritatē, seu cõmoderationē temperiei.

Μᾶλλον δ' ἑωυτὸς πεπασμὸς, καὶ κρίσις ἅμα, καὶ ἀπόστασίς ἐστι.

Imò ipse pepasmus, iudicatio simul & excretio est.

Πεπασμοὶ ταχύτητα τῆς κρίσεως, καὶ τὴν ἀσφάλειαν ὑγιεινὴν σημαίνουσι.

Pepasmi, celeritatem iudicij, & salutiferā securitatē arguunt.

Οἱ πεπασμοὶ ἢ ἔξω, ἢ εἴσω ῥέπου-

Pepasmi vel tendunt foras, vel repunt per inte-

riora: & progressu temporum fieri solẽt.

Morbi diuturno cõuictu assueti, in senectute desinũt, vel pepasmo, vel solutione, vel rarefactione.

Circa iudicationem, vrinas oportet habere & crassitudinẽ, & pepasmos, & cõmodas excretiões.

In Angina, sputa glutinosa, crassa, valde alba, & quilibet eiusmodi

σι. καὶ ἐκ τῶν χρόνων εἰώθασι γίγνεσθαι.

Νόσοι ξύντροφοι ἐν γήρᾳ λείπουσι, καὶ διὰ πεπασμὸν, καὶ λύσιν, καὶ ἀραίωσιν.

Περὶ κρίσιν τὰ οὖρα χρὴ ἔχειν καὶ πάχος, καὶ πεπασμοὺς, καὶ καθάρσιας χρηστάς.

Τὰ ἐν κυνάγχῃ πτύαλα γλίσχρα, παχέα, ἔκλευκα, βιαίως ἀναγόμενα· καὶ πᾶς ὁ τοιοῦτος πεπα-

σμὸς, κακόν.

Ἀρχομένων τεταίῳ πεπαίνεσθαι, θάττονες αἱ ἀπαλλάξιες· ἐς ὕστερον δὲ πεπαινομένων, αἱ κρίσιες χρονιώτεραι.

pepaſmus, malum.

Eorum quæ tertio die incipiunt coqui, & exſpui, citæ liberatiões: quæ autẽ ſeciùs coquuntur, tardiores habent iudicationes.

NOTAE APHORISTICAE ad pepaſmum.

VT in morbis nihil optabilius pepaſmo, ſic nihil æquè horrendum, quã ἀπεψία, *ſeu cruditas.*

Iniuriæ cruditatis ſunt ἀκρισίαι, χρόνοι, πόνοι, ὑποστροφαὶ, θάνατοι : *criſeos priuatio, diuturnitas, labor, Recidiuæ, exitia.*

Quippe agit illa, omnia in deterius, & in perniciem.

Eludit contumaci frigiditate & crassitie, Iudicia morborum: vel ea feritate disturbat.

Malorum recidiuis semina suggerit: vel nouas concitat calamitates.

Diutius autem hærens incoctus humor, situm, putredinem, & corruptelam temporis lapsu contrahit: ac tandem vitæ cursum cruda morte intercipit.

Cruda censentur quæcunque alienas à Natura conditiones assumpserunt: seu colore peccent, seu consistentiâ, seu quantitate, odore, tenuitate, aliisque qualitatibus: & eorum indicia spectantur potissimùm in excretionibus. Sic vrinæ biliosæ, flauo supra modum saturatæ, & rubore immodico perfusæ, vel cruentæ, licet à calore fiant, perinde habentur in crudis, ac tenues, albæ, & aquosæ: quòd videlicet, à natiua temperiei mediocritate, pariter dissideant.

Dißidij causa, insiti caloris ægritudo, imbecillitas, & oppreßio, vel extinctio.

Ille autem nouis reualescens viribus, veluti Sol, regressus in Arietem, cuncta restituit, recreat, viuificat: collectásque fugat nubes, ac temperat æquor.

Excitat suum pepasmum, seu maturandi facultatem: crassos, lentósque humores attenuat, & incidit: tenues incrassat: frigidos concoquit: atque igneo calore exustos reparat, tam potens refrigerandi calor quàm calefaciendi. Quem ideò ab elementari planè diuersum, philosophi cœlestem, diuinúmque asserunt: & verum procreationis Authorem, vitæque conseruatorem iure agnoscunt.

Nam Elementaris Calor est flammeus, vrens, atque incendio absumens: Ille autem origine atque essentiâ æthereus, & luce viuifica suauiter tepescens, sic fouet, continet, conseruátque vitam, vt ipsa Natura credi poßit.

Hæc Natura, quam alij vitale princi-

pium, fontem habet præcipuum in corde: & diffusa per solidas vniuersi corporis partes, singularum saluti prospiciens, sui pepasmi virtute, coërcet morborum iniurias: emendat humorum vitia: eósque seu calidiores aut frigidiores, seu tenues, crassos, vel quocumque modo malè affectos, concoquit, maturat, mitificat, reducítque paulatim ad pristinam temperamenti mediocritatem. Quod verè pepasmum, & maturationem dicimus.

Quinimò ipsis etiam naturalem consistentiam, colorémque restituit.

Nam quæ priùs per initia morborum apparebant crudæ, ac tenues vrinæ: eas procedente tempore crassas, turbidásque per pepasmum fieri videas: fæces inde plurimas deponi: postremò inclarescere, mediocri consistentiâ, & citrino colore, cum sedimento albo, læui & æquali.

In aliis excrementis eundem seruari procedendi modum: Et Naturam dif-

ferre solitam suas euacuationes, dum signis pepasmi, humores concocti appareant: hoc est, ad propriam Naturam, pristinúmque statum reuocati.

Veluti si bilis nimiùm flauescens, vel calidior, vel acrior, vel craßior, exuperãtes istas qualitates sensim deponat, vel remittat: fiátque pro Naturæ suæ conditione simpliciter pallida, paulóque tenuior: tum calor & acrimonia quoque mitescant.

Ab Hippocrate autem dici verè concocta, quæ secundum Naturam se habeant: Vt cruda quæcumque præter naturam existant. Eo modo comparatos confectósque humores, Natura vtili vacuatione mouere solet: sin minùs eos transferre κατ' ἀπόστασιν.

Capvt XIX.

De Apoſtaſi.

Non ſolùm fit abſceſſus humorũ, per depoſitionẽ, ſeu decubitũ, verùm etiam per defluxum, aut emiſſionem.

Fit humorũ ſeceſſus, aut per effluxũ ad hæmorrhagiã: vel ad diarrhœã: vel dyſenteriam: vel ſtranguriã: vel mutando in quartanas: aut fit ille ſeceſſus per

Ἀπόστασις, οὐ μόνον κατ᾽ ἀπόθεσιν γίνεται, ἀλλὰ καὶ κατ᾽ ἔκρουν.

Ἀπόστασις γίνεται ἢ κατ᾽ ἔκρουν εἰς αἱμοῤῥαγίαν· ἢ εἰς ῥύσιν τῆς κοιλίας· ἢ δυσεντερίαν· ἢ στραγγουρίην, ἢ εἰς τεταρταίους· ἢ αὐτὴ γί-

νεται

νεται κατ' ἀπόθεσιν.

Ἀπόστασις κρίσιν ἐπιφέρει, καὶ ἀπαλλάττει ἁπάντων τῶν ὀχληρῶν.

decubitũ, ſeu tranſpoſitionẽ in alias partes. Idem humorum ſeceſſus, vel abſceſſus affert iudiciũ, atq. omnibus moleſtis liberat.

NOTAE APHORISTICAE ad Ἀπόστασιν.

RAro perfectas criſes Natura efficit, quas non ante aliquo vacuationis ſigno præmonſtrauerit.

Matureſcente humore ſudores, deiectiones, vomitus, hæmorrhagiæ, diebus indicibus tentare ſolent ſuos motus, quos deinde opportuno iudicio feliciter expleant, pro ratione ac modo exuperãtis materiæ. Vbi autem nec ſponte prodeunt illæ

excretiones: nec ſatis libera eſt medicamentorum purgatio, ſeu viarum præclusione, ſeu humoris ipſius contumaciâ, nulla veræ criſis expectatio eſt. Ergo vi caloris, ſubſiſtentes humores, concoquendo paulatim digeruntur: & eo pacto ſeſe remittunt morbi, decedúntque ſenſim, nulla penitus vacuatione.

Sed qui tali ſolutione iudicantur morbi, è priſtino relictæ putredinis fermento recidiuas facilè ſuſcitant, redeúntque minimo errore.

Quas duas indicationum ſpecies, illam citato curſu ruentem in excernendo, nominant κατ᾽ ἔκκρισιν, per excretionē. Hanc maturandos humores ſuis locis quietos cōtinentem, κατὰ πεπασμὸν, per maturationem ſeu concoctionem appellant.

Tertia ſpecies fit per Ἀπόστασιν, humorum abſceſſum: Et ille abſceſſus, tum κατ᾽ ἔκροιαν, per effluuium, tum κατ᾽ Ἀπόθεσιν per decubitum, ſeu depoſitionem in partes vicinas, vel meatuum ſocietate

inter se coniunctas.

Nam si materia morbifica euicta pepasmo; & venis excussa, medio subsistat cursu, circa viscera partésque alias, non elapsa vlterius: atque ibi sensim calore absumpta, sine sensu discutiatur: simpliciter Abscessus, vel secessus, vel depositio seu decubitus materiæ: Ad externos verò meatus, & foras, non quidem critico impetu, sed lento decursu per vices transmissa, dicetur verè abscessus per effluuium.

Tali humorum translatione, quæ fiat vi Naturæ, non morbi: prout illi secedunt longiùs à corde, aut partibus aliis principibus: sæpe videas febres cõtinuas degenerare in tertianas, vel quartanas intermittentes. Quæ morborum in melius commutatio, propriè appellatur μετάπλωσις. sic è venis translati humores in habitũ critico motu, atque ibi hærentes seu crassitie, seu imbecillitate Naturæ, aut obstructione cutis, faciunt pro so-

lutione dolores articularios.

Sic & bubones, aliique adenum tumores atque abscessus, interdum erumpunt circa febrium declinationes.

CAPVT XX.

De metastasi.

Metastasis propriè dicta habet accessionum, laborúmque principium.	Μετάστασις κυρίως ὀνομαζομένη, ἤδη ἀρχὴν ἑτέρων παροξυσμῶν τε, καὶ πόνων.
Metastases morbi sunt, cùm ex vna parte in aliam transeunt.	Μεταστάσιες πάθους εἰσὶν, ὁπόταν ἐξ ἑτέρου μέρους εἰς ἕτερον μετέρχωνται.

Πολλάκις μετάστασις γίνεται ἐξ ἑτέρου νοσήματος εἰς ἕτερον.

Μετάστασιν ἴσχει καὶ τὰ ἐπιληπτικὰ, περὶ τῆς ἥβης γινόμενα.

Fit etiã ſæpe Metaſtaſis ex vno morbo in alium.

Epilepſię quoque ante pubertatẽ ſuam habẽt metaſtaſin: hoc eſt ſolutionẽ, ex humorum tranſlatione vel abſceſſu.

NOTAE APHORISTICAE ad Metaſtaſin.

Μεθίστασθαι, & μετάστασις æquè patent vulgari amplitudine ſignificationis ſuæ, atque ἀφίστασθαι, & ἀπόστασις.

Et dicuntur ambo tum de humorum tranſmißione, ſiue fiat κατ' ἔκροιαν, ſiue κατ' ἀπόθεσιν: tum de ipſorum morborum mutatione in alias ſpecies. Quod quidem

videtur satis cōstare ex Aphorismis hîc proximè traditis.

At frequentissimè contrahitur vocabulum μεταστάσεως *in angustiorē sensum: simpliciter significādo prauam* μετάπτωσιν, *seu mutationem.* Αἱ γὰρ νοῦσοι μεταβάλλονται ἐς τὰς ἄλλας, *morbi enim transeunt in alios;* ἢ κατὰ μετάπτωσιν, ἢ κατ' ἐπιγένεσιν, *per mutationem, aut propagationem.*

Μετάπτωσις *autē, vel fit in deterius, quæ est vera & propriè dicta* μετάστασις: *vel in melius, quæ* διαδοχὴ *appellatur. Epigenesis verò semper calamitosa, suscitat nouos affectus, primigenio morbo superstite.*

Galenus in Commentario, περὶ διαίτης ὀξέων, *etiam dilucidiùs hoc discriminis exponit.* διαφέρει ἀλλήλων ἡ Ἀπόστασις, καὶ ἡ μετάστασις· τῷ τὴν μὲν Ἀπόστασιν ἐπιφέρουσαν τὴν κρίσιν ἀπαλλάττειν ἁπάντων τῶν ὀχληρῶν· τὴν δὲ μετάστασιν ἑτέρων ἴχειν ἀρχὴν παροξυσμῶν τε, καὶ πόνων· ὥσπερ δεῖσθαι πάλιν ἄλλου χρόνου πρὸς τὴν πέψιν.

hoc est:

Hæc differentia est inter Apostasin & Metastasin, quòd Apostasis adhibita iudicatione, liberet molestiis omnibus: Metastasis verò habeat initium aliarum accessionum, ac dolorum: ita vt sit opus alio tempore ad nouam concoctionem.

Est igitur Metastasis translatio præmaturè facta crudi adhuc, aut incocti humoris: vel eiusdem transmissio ad nobiliores partes.

Nequit autem istud fieri, sponte, ac virtute Naturæ, sed vi morbi solùm, symptomaticè, & cum accessione detrimenti.

Sic abscedunt humores, cùm redundant copiâ: vel cùm imbecillior effecta Natura, aut euicta morbo, eos elabi sinit. Vnde fiunt magis ἐπιφύσεις, propagationes, quàm veræ λύσεις, solutiones morborum. Nempe de fermento reliquæ materiæ, quæ non potuit omnino transferri.


Hippocrates de affectibus pectoris & pulmonum, vel faucium, ait esse vtile, si Erysipelas intus foras conuertatur: Ἐρυσίπελας ἔσωθεν ἔξω τρέπεσθαι, χρήσιμον.

At sæpissime videas inflammationes, ruboresque pectoribus insidentes, præstare magis rationem τῆς ἐπιγενέσεως, *quàm veræ* λύσεως, *aut bonæ* μεταπτώσεως, *vel* μεταθέσεως. *Cæterum huiusmodi Erysipelata plus afferre damni, quàm vtilitatis. Vbi præcipuè non desistit feruor interioris inflammationis, nec meliùs inde habet pulmo.*

Finis Iudiciorum.

LIMITES HVMANI PARTVS.

EODEM AVTHORE.



PRAEFATIO.

AD SENATVM PARISIENSEM.

TEmporum in Partubus, & mutationum in morbis, quæ vulgò accidunt, ratio (Amplissimi Senatores) obscuris dubitationum tenebris inuoluta, diu mentibus hominum sese subtraxit, ignotáq. delituit. Nam qui nihil ignorasse putantur, viri summi, & ferè in censu Deorum habiti, hisce de rebus obscurè adeò scripserunt, vt nihil videantur posteris reliquis-

ſe, quod certò ſequerentur. Huc igitur atque illuc vagati, in diuerſas abierunt opiniones: dum quiſque ſuas ſibi cauſas, ingenióque ſuo aptas cõfingunt. Pythagoræi, Mathematici, Aſtrologi, Phyſici, Medici diuerſa ſentiunt: Et è ſuis diſciplinis non ſolùm hauriendas eſſe harum difficultatum cauſas exiſtimiant, ſed etiam pro veris ac certis ſuas affirmant ſententias. Nos autem aduerſi nemini, ſed in omnes æquè propenſi, illas integro animi candore ſic recenſere, támque perſpicuè proponere inſtituimus, vt omnes facilè diiudicent, eligántque in quibus malint conquieſcere. Cæterùm eo pacto adiungere aliis noſtram ſententiam, vt liber-

tas dicendi quid ſentiat, nulli prærepta videatur. Fines verò pariendi terminóſque præſcribimus, tum longo vſu obſeruatos, tum antiquis legum decretis conſtitutos. Et dies menſéſque numerandi rationem, ac fœtuum in vtero adminiſtrationem veluti digito præmonſtramus. Hoc enim dicendum ſupererat, agenti de Iudiciis Hippocratis, déque ſeptimanarum Myſteriis. Quinetiam Ludouicus Seruinus, & Philippus Canayus è veſtro ordine, ſcientiarum miraculis præſtantes viri, & rara ſeculi huius Ornamenta: Ille quidem ſuperſtes adhuc Regis Aduocatus in veſtro Senatu, hic olim præſes in Occitania: & vterque in Conſi-

ſtorio Regio Conſiliarius, mirari ſolebant incerta naſcendi tempora: & qua ratione recrudeſceret menſe octauo, quæ ſeptimo inerat maturitas. Vel quorſum ſeptimeſtres fœtus vitales eſſent, octimeſtres minimè. Cuius mehercule nodi variè implicitos nexus, hoc libello ſolutos, explicatóſque tradimus. Et quia veſtri eſt muneris (Patres æquiſſimi) de cauſis Poſthumorum cognoſcere, nos eum Libellum audemus emittere in vulgus auſpicio veſtri nominis: quo quidem de noſtro erga vos conſtet humili obſequio, atque obſeruantiâ. Bene valete igitur, & nos veſtri patrociniŋ præſidio, ab inui-

diæ morsibus tutos, securósque præstate. Lutetiæ XXV. *Martij, M.DC.XIII.*


RoD. MAGISTER.

IANVS IACOBVS
Boissardus Vesuntinus

AD ROD. MAGISTRVM
Regis Consiliarium, & Regiorum
Franciæ liberorum Archiatrum.

In Libellum ipsius
De partu & ratione puerperij.

CVm Natura tuos, Rodolphe, libros
Legisset: stupefacta, Cous (inquit)
Cui sinum explicui meum, reuixit:
Celtis floreat vt celebris, oris.
Lucinam docet: en monet Leuanam,
Quos puerperij dies, & horas,
Quæ momenta vterus grauis requirat.
Doctore hoc tibi gratulare posthac
Felix Gallia, cui salus paratur.
Et quicquid Medicina opis, dolori
Conferre est potis. Iste, si quis exstet,
Doctrinâ, ingenióque perspicaci,
Natas auxilio tuas iuuabit.
En nouus tibi natus est Apollo,
Et Machaoniæ Magister artis.



LIMITES HVMANI PARTVS.

SECTIO I.

DE humano partu dicere instituim⁹, quo dierum numero, quibúsque finibus contineatur. Quæ res, tum philosophorum,& Medicorum,tum Iurisconsultorum ingenia, multùm hactenus exercuit. Hinc inde varias quæritabant rationes, quî fieret, vt in lucem hic citiùs, ille tardiùs prodiret: vel quâ causa fœtus, qui octauo mense nascerentur, Cap. I.

minimè vitales essent. atque ita illi definiendo Partuum progressu certatim, summáque ope incumbebant. Nos verò quod longo est vsu comprobatum, recensendis eorum sentẽtiis ac rationibus, certáque dierum numeratione, hîc in apertum proferre, & arduæ quæstionis asperitates planè exęquare contendimus.

2. Virile semen statim vt emissum est, delatúmque ad os vteri, ac fundum ceruicis, mox eodem muliebre citato cursu confluit: inde vtrumque pari momento, si futura conceptio est, ad interiorẽ sinum rapitur. Arreptũ vterus auidissimè complectitur, sese ósque suum ita coarctans, & sic firmo ad-

Conceptio.

hæſu cuncta componens, vt nihil prorſus expiret. Eo pacto non ſolùm fouet ſemen, ſed etiam ingenita facultate ſopitam, ac deliteſcentem in eo poteſtatẽ excitat, educítque in actũ: quæ verè ac propriè Cõceptio appellatur. Vt enim ventriculus, tractum contentúmq. alimentũ concoquit, quæ propria illius actio eſſe dicitur: ſic vterus inſito ſibi munere & officio, ſemẽ attractum contentũq. concipit. Ita vt nihil ſit aliud Conceptio, quàm propria & naturalis vteri actio, quâ poteſtas educitur in actum.

3. *Mater. cõcepta diſpenſatio.*

Materia ſeminis vtero cõcepti, variè à Natura & facultate illa cõformatrice diſtrahitur. Tenuiores eius calidioréſq. partes intima ſede,

medióque totius molis coërcentur: crassæ autem ac magis terrenæ illas ambiunt, ex quibus vel calore, vel cõtagione vteri sensim coactis atque obduratis, postea mẽbranæ, fœtus inuolucra producuntur. Interiora porrò incalescunt magis ac magis; summámque tenuitatem adepta, spiritum de se excitãt: Qui deinceps quoquouersum diffusus, cunctáque permeans, Calorem insitum regit, facultates moderatur: & verus procreationis author, partes omnes conformat, conseruátq. Crassiores materiæ portiones fingẽdis ossibus, tenuiores venis, arteriis ac neruis formandis accommodat.

Spiritus.

4. Et operis quidem initiò

tres veluti bullas conſpicias, rudimenta Cordis, Iecoris, & Cerebri: quas formator ille ſpiritus, in ſua loca ſeiunctas, propria figurâ, & ſpecie deinde exornat, perficítque cætera. Iam ſeptimo die apparet quædã rudioris formæ diſpoſitio: Quintodecimo partes ſubſtantiâ, ſitúque manifeſtiùs diſcretæ: At viceſimoſeptimo formã penitus abſolutam conſecutæ: &concreta etiã cute iam decenter contectæ. Prolectus inde ex vtero ſanguis, & circum Iecoris fibras inhæreſcens, totam illius molem primùm conſtituit: mox lõgiùs tranſmiſſus, variéq. diſtributus nutriendo, cætera corporis, carne implet ac perficit. Tum per calorem *Pr. forma rudimẽta.*

rem exhaustis paulatim humoribus,&mucis partiũ exsiccatis, robur vniuerso corpori, ac firmitudo conciliatur. Fœtui sensus prior accedit: motus verò posterior, ad secundum & quadragesimũ diem, primos conatus tentare solet: quos mense tertio vel quarto validiores crebris calcitrationibus testatur.

Sẽsuum & motus accessio.

5. *Duplex anima.* Nam semen calore quodam cœlesti præditum, animam in se tum naturalem, tum sensus motúsque participẽ potestate continet: quæ quidem primis diebus veluti sopita delitescens, tandem erumpit in actum, & sese factis ostentat. Quam seu vegetalem Animam, seu Naturam vocites, perinde esse arbitror. Mens autem, & præ-

ſtans illa ratio, nullis conſortij vinculis corpori annexa, demiſſaq. cœlitus, terreum ſubit, ac mortale caduci corporis domiciliũ: Ipſa diuerſa penitus conditione, cœleſtis, atq. immortalis. Et illabẽdi tempus menſis quartus, vt quidam prodidere: cùm omnes fœtus partes, iam abſolutæ conſummatæque fuerint. Cæterùm ad ſeptimũ, vel nonum, decimúmq. mẽſem, melioris alimenti, lucíſque appetens fœtus, foras tandem impetu prorumpit. Quorum temporum certos progreſſus ac limites, nos deinceps inquirere propoſuimus.

Mens vnde, & quãdo.

Pariendi maturitas.

SECTIO II.

Cap. 6.

Plin. li. 7. cap. 4 Ariſt. l. 7. cap. 4

R*Eliquis animantibus* (inquit ex Ariſtotele Plinius) *ſtatum & pariendi, & partus gerendi tempus eſt. Homo toto anno, & incerto gignitur ſpatio: alius ſeptimo menſe, alius octauo, alius nono, & vſque ad finem decimi, & initia vndecimi: Ante ſeptimũ menſem haud vnquam vitalis eſt.* At ſummus Hippocrates longo rerum vſu,& mira ingenij perſpicacitate duos naturalis partus terminos obſeruabat: minorem vnum, ducentorũ dierum, alterum maiorem, ducentorum & octoginta: Illum ſeptimeſtrem, hunc nouimeſtrem, vel decimeſtrem. Nam ducenti octoginta

Minor, & maior partus.

ginta dies, nouem Lunares faciunt menſes, cum diebus quindecim. Lunaris menſis viginti nouem diebus conſtat, & horis inſuper duodecim. Hæc igitur Hippocratis ſententia eſt, quadragenis diebus ſic regi Partus, vt quintus quadragenarius ſeptimeſtres efficiat. Qui tametſi pro ratione videantur nati, quòd numerum habeãt ad hebdomadas exactum, nihilominùs adeò incerti exiſtunt, vt ex plurimis perpauci vitâ potiantur: Septimo autem quadragenario, plerique omnes vitales: Cuius extenſio eſt ad quintum decimum diem menſis decimi. Reliqui partus, hanc Naturæ legem atque ordinẽ minùs obſeruãtes, aut longiùs trãſ- *Hippoc. de ſeptim. partu.*

greſſi iſtos limites, pro inlegitimis omnino cēſendi: niſi qui hæreāt circa initia menſis vndecimi. Iuſtiſſimè ergo decretum videri poteſt, l. inteſtato. §. poſt decem. ff. de ſuis, & legit. hæred. *Poſt decem menſes mortis natus, non admittetur ad legitimam hæreditatem. De eo autem, qui centeſimo octogeſimo ſecundo die natus eſt, Hippocrates ſcripſit, & diuus Pius Pontificibus reſcripſit, iuſto tempore videri natum.* Et l. ſeptimo menſe, ff. de ſtatu hom. *Septimo menſe naſci perfectum partum iam receptum eſt, propter authoritatem doctiſſimi viri Hippocratis. Et ideò credendum eum qui ex iuſtis nuptiis ſeptimo menſe natus ſit, iuſtum filium eſſe.* Item pari æ-

quitate, de muliere, quæ sub finem vndecimi mensis post viri mortem peperisset, statuitur fœtum ex defuncto non esse: Nouel.39. de restitut. dotalium.

Vndecimest. reprobatio.

Qui verò in has leges scripserunt, multa hinc inde congerunt, quibus asserant vndecimestres. Et primùm quidem, proferunt decretum quoddã Diui Hadriani, cuius tamen decreti, nulla fit in iure ciuili mentio. Ex Gellio sic relatio est: *Fœmina* (inquit) *bonis, atque honestis moribus, & non ambigua pudicitiâ, cùm in vndecimo mense peperisset, factum est negotium propter rationem temporis, quasi post mortem mariti concepisset: Quoniam De-*

Gell. noct. Attic. lib. 3. cap. 16

cem-viri in decem mensibus gigni hominem, non in vndecimo scripsissent: In quo negotio Diuus Hadrianus decreuerat, de veterum philosophorum, vt dicebat, ac Medicorum sententiis, Partum edi posse quoque in vndecimo. Obiiciũt secundò L. Papyrij Prætoris sententiam: Qui dixerit, nullum certum tempus pariendi statutũ sibi videri, vt mulierem quæ decimo tertio mense peperisset, in possessionem bonorũ admitteret. Et præter ea, quòd Gracchorum Mater, partũ duodecim menses tulisse: Vestilia Romana Suillium Ruffum, menses vndecim gestasse dicerentur. Ad quæ responderi potest; rara monstri similia esse: nec ea

Hadriani decretum.

Papyrij sentent. Plin. lib. 7. cap. 5.

posse in legem referri, quippe quæ sit eorum duntaxat, quæ vel communia, vel plurimùm fiant. Sed Papyrij iudicium præ absurditate indignum esse commemoratione: mulieres verò decipi solitas numerando conceptu: Et vndecimestres non carere suspicione, si octauũ diem sui mensis excedant. Pro partu autem octimestri, paulò validioribus pugnant rationum momẽtis. Auicenna vir summa authoritate & fide, testatur se plurimos in Hispania vidisse mense octauo natos, qui æquè salubri fruerentur valetudine, atque nouimestres aut decimestres. Polybius & Diocles, antiqui ac celebres Medici idem affir-

mant, plæróſque vitales O-
ctimeſtres ſibi occurriſſe. Et
Varro Author grauiſſimus,
quâdam ſatyra, cui nomen
Teſtamentum: *Si quis mihi
filius vnus, pluréſve* (ait) *in de-
cem menſibus gignuntur, hi ſi
erunt ὄνοι λύρας, exhæredes ſun-
to: Quòd ſi quis vndecimo, vel*
lib. 7. de hiſtor. animal. *octauo menſe, κατ' Ἀριστοτέλη na-
tus eſt, Accio idem quod Ti-
tio, Ius eſto apud me.* Item cui-
dam apud Cæcilium quæ-
renti, ſoleat ne mulier de-
cimo menſe parere: reſpō-
detur, Pol nono etiam, ſe-
ptimo, atque octauo. Ipſe
Naxia mul. Ariſtoteles prodidit naſci o-
ctimeſtres paſſim in inſula
Naxo: & eius rei hanc dari
fabuloſam rationem. Quòd
Lucina. Iuno Lucina, quæ Partubus

præeſſe credebatur, iſtud gratiæ Naxiis conceſsiſſet, in honorem perpetuámque Bacchi memoriam, qui ſit natus octauo mẽſe in ea Inſula: atque ibi magna veneratione colatur.

Illæ diſſenſiones diſtinctione temporum conciliari poſſunt. Nam Aegyptij, Chaldæi, Arabes, Solares annos obſeruabant: reliquus orbis Lunaribus vtebatur, ante Iulium Cæſarem, qui annum redegit ad motũ Solis. At Lunaris annus non excedit 354. dies: breuior quàm Solaris duodecim fere diebus. Ergo in menſibus octo Solaribus, ſuperſunt circiter octo dies, pars non exigua noni Lunaris. Quod fortaſſe 8.

Solaris, & Lunaris annus.

Auicenna lib. 3. fen. 21.

Auicennam impulit in errorem, alióſque ipſius conſortes, vt aliena Iura noni menſis transferrent in gratiam octimeſtris partus. Et Aegyptiæ, Naxiæq. mulieres, quibus vſui erat Solaris annus, ſine dubio menſis noni quadrantem, in ſuis octimeſtribus computabant: Et Auicenna viuebat ſub Iuliano Calendario. Quinimò Hippocrates deſcribēs tribus ſeptimanis genitale ſpatiū ſeptimeſtris partus, ſummum eius limitem ſtatuit ducenteſimo die, aſſignátque octauo menſi reliquos ſeptimi dies: vt inde nonum menſem quindecim diebus accelerari neceſſe ſit. Intermediū omne tempus à die ducenteſimo ad vſq. principia noni

mensis, sapiētissimus ille Medicorum lethale censebat: reliquum temporis ad dimidium vsque decimi mensis, felicem partub. conferre successum, vitámque præstare: vbi videlicet conquiescit septim⁹ Hippocratis Quadragenarius. Hinc fiunt Nouimestres partim, atque decimestres, toto etiam sæpissime percurso mensis decimi spatio.

Stetit enim constāter omnis Antiquitas pro decimestri Partu: cuius rei plurima testimonia proferre licet. Herodotus de Aristone Rege Spartanorum: *Cùm nullos* (inquit) *suscepisset liberos è duabus vxoribus, & eam culpam à se remotam agnosceret, tertiam duxerat repudiatis aliis. Hæc De-*

Part. decimestris.

Herodotus lib. 6.

maratũ edidit, imperfecto menſe decimo. Ille rei nuncium accepit, fortè ſedens in Baſilica cum Ephoris: Tum palam deducit in digitos menſium numerum, & confidenter affirmat, ex ſe partum non eſſe. Quam ob cauſam Demaratus, tanquam inlegitimus, poſt obitum Patris regno expulſus eſt.

Plautus in Sticho, non minùs lepidè, quàm ſeriò:

Famem fuiſſe ſuſpicor matrem mihi:
Nam poſtquam natus ſum, ſatur nunquam fui.
Sed quam ego matri meæ refero inuitiſſimus,
Eam mihi nunquam retulit mater gratiam.
Nam me illa in aluo menſes geſtauit decem:
Aſt ego illam in aluo geſto plus

annos decem.

Et in Ciſtellaria:

-- Tum illa quam compreſſerat,
Decimo pòſt menſe exacto, hîc peperit filiam.

Idem extat apud Menandrum:

Γυνὴ κυεῖ δεκάμηνος.

Partum edit mulier decimo mẽſe.

Et apud Poëtarum Principẽ, vulgatum illud:

Longa tulere decem, matri faſtidia menſes.

Iis adde ſi placet Propertij teſtimonium, declaratum eleganti ſimilitudine:

Non, non humani ſunt partus talia dona:
Iſta decem menſes non peperere bona.

Quinetiã duodecim tabularũ legibus totus decimus menſis pro naturali ac legi-

timo partu ſanciebatur. Et in ſacris quoque literis, Author ſapientiæ, ait *ſe in Vtero matris conceptum in eo formam accepiſſe: concretum, coalitúmque eſſe ex humano ſanguine, decem menſium ſpatio.* Quibus exactum, integrúmque decimum mēſem vel maximam eius partem ſignificari, plus nimio conſtare videas.

Salom. lib. Sapientiæ cap. 7.

SECTIO III.

Cap. 10.

NVnc demum operæpretium cōſiſtit, in perquirendis cauſis, quæ ſeptimum menſem vitalem efficiant: Qua re præſtita, receptui canere, extremámque huic negotio manum addere conſilium eſt.

Pythagoræi ſuorum numerorum legibus, regi omnia exiſtimantes, his rationibus cõtendunt: Impares numeros vi maſcula eſſe præditos, & efficaci poteſtate: intérq. cæteros ſeptenarium, multò digniſſimum occupare dignitatis gradum. Præualere ipſum in plurimis aliis rebus Naturæ, maximè autẽ in Partubus & Criſibus morborum. Præter hæc aſſerunt Partum maximè conuenire impari numero, quòd is mera ſit actio: & ea de cauſa ſeptimeſtrẽ vitalem eſſe. Quibus reſponderi poteſt, ſeptimo menſe natos raro admodum viuere: nono ac decimo editos verè naturales, legitimóſque eſſe, & valde viuaces: At decimo, nullam

Pythag. ſentent.

Septenar. numer.

Impar. numer.

rationis, vel analogiæ affinitatem cum ſeptimo intercedere. Illum enim, & paris eſſe numeri, & fœminei, & patientis: quæ quidem ſeptenarij qualitatibus, prorſus ex oppoſito aduerſentur. Paritas verò quorſum octimeſtri quam decimeſtri magis noceat, aut exitio ſit? Num vitio iſtius paritatis recrudeſceret menſe octauo maturitas, quæ ſeptimo commoda eſſe potuerat? Nam etſi longa temporum obſeruatione compertum eſt, dierum, menſium, annorúmque ſeptimanas, inſignes corporibus, aliiſque rebus mutationes afferre ſolitas, inde non efficies tamen ſeptenariū numerum ſimiliter in omnibus

dominari.

Alij numerorum admiratores, ſubtilitate argumentorum acriùs vrgent, ſenarium numerum eſſe gignendi fundamentum, eúmque perfectum affirmant. Conſtare ipſum omnino tribus partibus, ſextâ, tertiâ,& dimidiâ. Conceptum ſemen, ſex primis diebus, prima ſuæ formæ rudimenta capere: ſex inſequẽtibus, cum duorum acceſsione, quæ tertia eſt ſenarij pars, ſanguinem generandæ carni affluere: Nouem aliis quod ſeſcuplũ, carnis opus impleri: Aliis demum duodecim, ſenario videlicet duplicato, fœt[9] formã abſolutè perfici: his omnibus cõiunctis numeris effici triginta quinq. Hãc verò II. *Senar. numer.*

ſummam repetitam ſexies, Partus maturitatem facere, ſeptem abſolutis menſibus: quem Partum minorem vocitant.

12. At cæterorũ philoſophorum pars maxima, ſic ſuum ſeptenariis ſeruant honorẽ, dum ipſis eaſdem aſſignant dotes, quas illi ſenariis attribuendas putant. Septimo enim à conceptu die, iam videre licet, rudiorem quamdam conceptæ molis digeſtionẽ: decimo quarto, partes decenter figuratas, & ſitu ſubſtantiâq. manifeſtiùs diſcretas: viceſimo ſeptimo, abſolutum formæ ſuæ ornatum adeptas, & concretæ cutis veſtimẽto, etiam circumſeptas. Quadrageſimo nono quæ ſunt ſeptimanæ ſeptem,

fœtum ſenſu motúque præditum, vitam viuere animalem, ac primos agitandi corporis conatus tentare. Quatuordecim ſeptimanas, medietatem eſſe ſpatij ſeptimeſtris: quo abſoluto ſeptem menſium ſpatio, exiſtant viginti octo ſeptimanæ: ſeu quatuor ſeptenarij ſeptimanarum, è centum nonaginta ſex diebus, minorem partũ conſtituentes. Iis autem inſuper additæ aliæ quatuordecim ſeptimanæ, ſex omnino compleant earum ſeptenarios: videlicet quadraginta duas ſeptimanas, ac decẽ integros Lunares menſes, è ducentis nonaginta & quatuor diebus: quibus maioris partus maturitas perficiatur. Quæ quidem facillima, lon-

géque certissima est, partuũ numerandorum ratio per septimanas.

SECTIO IV.

Cap. 13. *Astrolog. sentent.* *Saturnus.*

CRimen fuerit hîc omisisse rationes Astrologorum, periucundas quidem & sale gratissimo condîtas. Sic enim existimant Saturnum Naturâ frigidum ac siccum, ex terreis qualitatibus vim sortiri adstringentem: & adstrictione sua mensi primo gratificari, continendo, coagulandóque semine, ac firmando fœtu. Eam ob caussam imperio Saturni, primũ mensem administrari. Huic

Iuppiter Iouem ordine succedere, secundi mensis gubernacula suscipere, fœtus formam ab-

ſoluere,&vitę igniculos ſua-
uitate ſui caloris fouere. Ter-
tio menſi calidum ſiccúmq.
Martem pręficiunt, vi ſua ig- *Mars.*
nea exhauſtos corporis hu-
mores diſcutientem, maden-
téſq. artus exſiccantẽ, atque
ita obduratos nouo accito
robore firmantẽ: præter hæc
etiam idoneũ ſuſcitando ſca-
turientẽ illum fomitem vi-
uifici caloris. Quartum verò *Sol.*
aiũt benigno Solis modera-
mine gubernari: cœleſti eius
calore animales excitari fa-
cultates: cæteras fieri vege-
tiores, inſtaurari: vitæ deni-
que etiamnũ languentis exa-
cui, accẽdíq. ſtimulos: atque
validiores agitari calcitratio-
nes. Quinto menſe Venerẽ *Venus.*
ſuas regnandi vices agere, at-
que ornatum fœtui pręſtare.

Mercur. At ſexto imperantem Mercurium multiplices inferre tum animi, tũ corporis motus, prompta conſilia, expeditas cogitationes, ac mentis futuræ meliora ſemina. Do-*Luna.* nec illa partuum præſes Lucina Iuno, ſui dominij Iura menſe ſeptimo exercẽs, præclarum opus illuſtret, abſoluat, & in lucem felici exitu proferat. Sin minùs, immaturum adhuc partum reuiſens Saturnus, fœtũ arctiùs per octauum menſem complectitur, continet, fouet, reſeruátque auſpiciis Iouis aut Martis, ad nonũ, decimúmve menſem, tempora ſecuræ maturitatis. Itaque ſeptimeſtres, nouimeſtres, ac decimeſtres putant eſſe vitales, ob eximias virtutes, felicéſ-

que influxus, Lunæ, Iouis & Martis: Octimestres autem exitiales, quod Saturnus habeat qualitates vitæ principiis aduersas.

Saturnus vitæ hostis.

14. Dissentaneum verò, imò absurdũ etiam videtur, cuncta referre ad solos planetas, reliqua autem lumina inutilia esse putare: quorum tamẽ multiplices effectus quotidie obseruare licet. Nam quis Arcturum, Vergilias, Hyadas, Orionem, horrendo tempestatũ strepitu nota sidera, dicere audeat, silentio, otióve torpere? Quis denegarit caniculæ, illustre sui nominis decus? Aut quis affirmarit, nullam omnino esse in partus cœlestiũ signorum efficaciã? De cœlo malè sentire nefas est? Nam om-

nia ſublunaria, vi aſtrorum gubernari ſine dubio credendum: ſed prorſus ambiguâ, atque hactenus incognitâ Mortalibus ratione. Vmbram ſcientiæ Aſtrologicæ duntaxat accepimus à noſtris Maioribus, vnde inanes tantùm rerum coniecturæ, atque incerta iudicia.

15. Haud longè tamen à vero cenſentur aberrare, qui rerum mutationes referendas putant, ad varios naturarum cœleſtium progreſſus, ſitus, coniunctiones, oppoſitiones, aliáſque differentium inter ſe Aſpectuũ occurſationes. Quorum Aſpectuum potiſsima vis oppoſitionis: ſecundum potentiæ gradum Trigonus te-

net : tertium Tetragonus : sextîlis postremo habetur dignitatis loco. Gemini, Arietem sextîli : Cancer quadrato : Leo trino aspectu intuentur : Libra, quinque signorum interiectione recedens ab Ariete, dissidet opposita ex diametro. Ad oppositas Zodiaci partes, progressus viuificus ille mundi lustrator Phœbus, rerum opera, per gradus Aspectuũ paulatim adornata, in terminis oppositionũ absoluit : seu per se, & vi sua, seu ope, ac subsidio aliorum siderum. Sic incœpta Cancri, Leonis, Virginis, perficiuntur Capricorno, Aquario, & Piscibus. Qua ratione asserunt septimum mensem, afferre partus maturitatem.

Aspectuum differentia.

ſin minùs Trigoni duplicationem, aut ſextilem nono menſe expectari, vel quadratum aſpectum decimo menſe. Octauo autem ſigno Zodiaci, nulla intercedere Iura conſortij cum primo vel ſeptimo: vnde in eo cauſa ſit exitialis, & funeſtæ qualitatis. Sed meliùs hanc philoſophiam Auſonius elegantiſſimo poëmate deſcribit:

Omnia quæ vario rerum metimur in actu,
Aſtrorum dominatus agit: terrenáque tantùm
Membra homini: è ſuperis fortuna, & ſpiritus Auris,
Septeno moderanda choro: ſed præſidet ollis,
Sortitus regimẽ nitidæ ſol aureus æthræ.
Nec ſolũ in nobis moderatur tempora vitæ,

Dum

Dum breue ſolliciti ſpatium producimus æui.
Creditur, occultóſque ſatus, & tempora vitæ,
Materno ducenda vtero formare videndo:
Et nondum exortæ Leges componere vitæ.
Namque vbi conceptus genitali inſederit aluo:
Haud dubium, ſolem cuicumque inſiſtere ſigno.
Qui cum vicini ſtationem ceperit aſtri,
Contiguos nullum transfundit lumen in ortus.
Aſt vbi, conuerſis poſt menſtrua tempora habenis,
Scandit purpureo iam tertia ſidera curru:
Obliqua exilẽ demittat linea lucẽ:
Aſpirans tenues, per inertia pondera motus.

Quarta in sede, viget prima in-
dulgentia Solis:
Suadet & infusus, teneros coa-
lescere fœtus.
Fulgur Tetragono aspectu vitale
coruscans,
Clarum & lene micat. sed quin-
ti cardine signi,
Incutit attonitam vegetato in-
fante parentem.
Nam sexto vis nulla loco: quia
nulla tuendi [Phœbo.
Aequati lateris signatur regula
Ast ubi signiferæ media in re-
gione cohortis,
Septimus accepit limes rutilantia
flammis
Recto castra situ: turgentis fœ-
dera partus,
Iam plena sub luce videt: nec ful-
gura parci
Luminis intendens, toto fouet ig-
ne coronæ.

Hinc illud, quòd legitimos Lucina labores
Præuenit: & grauidos sentit subrepere nixus,
Ante expectatum festina puerpera votum.
Quòd nisi septeno, cùm lumina fudit ab astro,
Impulerit tardi claustra obluctãtia partus:
Pòst nono incumbens signo, cunctantia matrum
Vota leuat, Trigono vires sociante sequenti.
At si difficiles nixus trahit, eilethẏia,
Tetragono absoluet dubiarũ vincla morarum.

Ita igitur existimant cuncta vi astrorum dispensari: sed in eis præcipuum esse Solis dominium. Qui medio cœli constitutus, infe- 16.

riores ęquè ac ſuperiores orbes, ſplendore ſui luminis non ſolùm perfundat, ſed etiã perluſtrando mundi circuitu, ſingulis rebus viuificas inſpiret, ingerátque virtutes. Maximè autem ſuas vires ipſum intendere, pro varietate ſtationum, vel Aſpectuum, percurrendis Zodiaci ſignis: Et in ea potiſſimùm quæ longiores menſium annorúmve progreſſus deſiderant. Cætera quæ gradu celeriore procedunt, Lunæ dominatu regi credũtur. Illa enim erga mundum inferiorẽ, veluti vicaria exercet Solis officia? & quò terris vicinior, eò maiorem habet in terrena poteſtatem: Menſéſq. pari atque Sol annos, imperij magnitudine

moderatur. Cõficit menſem periodicum ſpatio duntaxat viginti ſeptem dierum, cum horis circiter octo: quotidie promouẽs gradus tredecim, minuta decem, & ſecunda triginta quinque. At ſynodicum ſpatio viginti nouẽ dierum cum horis duodecim, & circiter vnius horæ dimidio: confecto videlicet, non ſolùm ſui orbis ambitu, verùm ad eum vſque progreſſa locum, vnde ipſa profecta curriculi ſui exordia ceperat. Ad quartum à Solis cógreſſu diem in ſextili eſt eius Aſpectu, & pro illuſtrationis modo apparet falcata: Ad ſeptimum, dimidiata in Tetragono: Ad vndecimũ gibboſa, in Trigono: Ad quintum decimum in oppoſitio-

Menſis Periodicus, & Synodicus.

ne constituta, pleno orbe illustratur. Inde remeans ad Solis coniunctionem, iisdem formis variata decrescit. quâ formarum mutatione, parit multiplices in terrenis mutationes: & corporum nostrorum œconomiam variè dispensans, etiam Conceptũ, atq. vteri gestationẽ imperij sui potestate coërcet. Vnde procul dubio, illa septimanarũ miracula, quæ vt ad suos numeros Pythagoræi, alij ad peculiares quasdã planetarum qualitates referrẽt, tantopere sudarunt: Alij cũ solo admirationis stupore obseruarũt. Hippocrates autem, vt maiore veri perspicientia solertiáq., omnium Criticorum momẽta, etiam ad Lunæ cursus, indéque or-

Septiman. miracula.

tam Naturæ cõſuetudinem referebat, ſic Partus quoque ad numeros ſeptimanarũ ſapientiſſimè reuocabat. quippe illa certis legibus, ſtatis periodis, ratáque ordinis cõſtãtiâ, cuncta Mortalium regit, ac moderatur: Et vera Partuũ Præſes, omnibus propemodum ſeculis, nomine Dianæ, ac Iunonis Lucinæ paſſim inuocari ſolita.



PATROCINIVM.

MEDICINA salubrium atq. insalubrium scientia, suam gloriã latis diffundit finibus. Cuncta enim cœli terrarúmque orbe cõtenta cognitione tenet: Perita coërcendi morbos, hominum infestissimos hostes: & ad ipsam vitam tuendam opportunè comparata. Denique humano generi apprimè necessaria. At nobilissimas quidem agnoscimus, illas animæ conformatrices, Theologiã, & Philosophiam: his autem nobi-

litate proximam, corporis vitæq. conſeruatricem Medicinam. Quantò enim Anima Corpore, tantò Corpus Externis præſtantius eſt. Sed quæ inter Animam Corpúſque intercedit Αντισυμπάθεια, Medici vitæ magiſtri, niſi Philoſophi quoque ſint, ac Theologi, muneris ſui perfectionem non aſſequuntur.

Theolog. & Philoſoph. Medic. comites.

Ergo Antiquitas meritò Diuinitatis honores Medicinæ perſoluit. Eiúſque Adminiſtratores, tanquã Deos è Cœlo in præſidium Mortaliũ demiſſos venerata eſt. Qui arte medendi excellerent, pars in Deorum numerum referebantur, alij maximis honoribus, ſtatuíſq. publicis ornabantur, aut Romana Ciuitate gratis dona-

lib.29. cap.1. bantur. *Cœlo* (inquit Plinius) *Medicinæ inuentio dicata est*: & Superis meritò assignata. Mercurium inter Aegyptios *lib.1. cap.2.* eã primũ inuenisse, Diodorus prodidit. Alij Apollinem verum eius Inuentorẽ, Authorémque asserunt: Quod quidem etiam ipsemet de se loquens apud Ouidium, hisce verbis gloriatur:

Ouid. Metam. 1.
Inuentum Medicina meum est: Opiférque per orbem
Dicor: & herbarum subiecta potentia nobis.

Cœlo autem delapsam, & sic ab ipsis Deorum manibus acceptam, summi posteà Reges, Principes, Philosophi magnificè apud se habuerũt. Sabor, & Giges Medorum Reges, Sabid Arabum, Mithridates Persarum, Hermes

Aegyptiorum, medendi ſcientiâ præcellere, dignā Maieſtate ſua gloriam iudicarunt. Quin & Alexander ille Macedo, ante noſtrū Henricum IV. Regum maximus, quo eandem ſcientiā in pretio haberet, ſuorum plæriſque palàm teſtabatur: cùm frequentibus remediorum auxiliis Marte ſuo confectis, eorum valetudinem vel firmaret, vel reſtitueret. Meſues verò Nepos Regis Damaſci, & celeberrimus Auicenna Cordubæ Princeps, præclara certè ex illo ſtudio poſteris monumenta reliquerunt. Conſtat etiam Democritum, Platonem, Ariſtotelem venerandos philoſophiæ Parentes, eorúmque ſymmiſtas plurimos,

Reg. Medici.

Alexād. Mag.

Princ. & Sapient. Medici.

huius quoque ſapientiæ ſtudioſiſſimos fuiſſe. Quid porrò Lucam Euangeliſtã commemorem? quid Eſaiam, déque auguſtiſſimo Prophetarum choro alios, quos eandem coluiſſe artem, & exercuiſſe accepimus? Quippe tãta Medicinę cum Theologia intercedit affinitas. Vniuerſi compendiũ Homo; viuam repræſentat Mundi maioris Imaginem, in anguſtias minoris formæ contractam: vbi Maieſtas diuinæ gloriæ multiplicibus radiis effulgens, conſpici poteſt. Et rerum ſingularum quæ terrâ naſcuntur, atque in vſum medendi adhibentur, mirificæ facultates: Corporum cœleſtium, quæ Medicis obſeruari ſolent ſtupen-

Luc. & Eſai.

Homo μικρόκοσμος.

dæ virtutes, periucundos animis nostris Diuinitatis amores excitant. His (credo) rationibus permoti Athenienses, & artis nostræ præstantiam admirati, Lege cauerunt, ne vsus illius, aut seruorum, aut fœminarum manibus profanaretur.

Athen-iens.

At Medici (aiunt) non admodum accepti Romanis aliquando, gratíque fuere: vt qui etiam vrbe pulsi, veluti exularint, nec exiguo quidē temporis spatio. Istud si fas est credere: non absimilem apud illos fuisse Oratorum & Philosophorū fortunam, legimus. Quos tamē omnes diu repulsos, nec nisi lentè, ac serò admissos, eò complexa est vrbs vehementiùs, quò diutiùs recusarat. Me-

Obiectio diluta.

Gell. noct. Attic. lib. 15.

dicos autem, postquàm quotidianis remediorum miraculis, Artis suæ magnificentiam comprobarant, maximis est honoribus prosequuta. Sed fortè iusta fuit Romanorum indignatio, in Græculos quosdam audacissimos simul, & Medicinæ inscientissimos nebulones: quorum videlicet singuli, vt famam aliqua nouitate aucuparentur, damnatis Priorum placitis, sua planè cōtraria inuexerant. Et sic vanis quibusdam imaginationum suarum spectris stolidè inhærentes, turpi mercede ciuium animas negotiabantur. Quod igitur olim tales Pestes à se expulerant Romani, inscitiam istorum

capitalem, & personata latrocinia pati nolle: quòd verò bonos Medicos, etiam læti posteà exceperant, domóque & Ciuitate donarant, medendi sapientiam se agnoscere salutis procuratricem, & venerari, testati sunt. Ergo illi *Artem* (ait Plinius) *id est, agendi modum, non rem ipsam damnabant.* Et Cato ille Censorius cùm Nugatores istos linguâ, titulóque tenus duntaxat Medicos, à ciuium capitibus arceret: ne damnasse Medicinam putaretur, subiicit esse Medicinæ Commentarium sibi, quo in familiæ sanationibus, si quid opus esset ipse vteretur. Quid multa? Num si ea est hominũ peruersitas,

vt rebus omnibus optimis, ad ſuas libidines abuſi ſemper ſint: Idcirco, aut ſe non eſſe improbos, aut quæ bona ſunt, eſſe non bona, Sapientibus perſuaſerint?

Pli. lib. 24. cap. 21.

Imperatoribus (ait idem Plinius) *ſola imperat Medicina.* Eius itaque dignitatem, Illi præclare ſuis Legibus exornarunt. *Medicos, & Doctores Legum, alióſque Literarum Profeſſores, vna cum vxoribus, & filiis, nec non & rebus quas in Ciuitatibus ſuis poßident: ab omni functione, & ab omnibus muneribus vel ciuilibus, vel publicis, immunes eſſe præcipimus. Et neque in Prouinciis hoſpites recipere, nec vllo fungi munere: nec ad Iudicium deduci, nec iniuriam pati, vt ſi quis eos vexauerit pœna plectatur. Mercedes etiam eis,*

L. Medicos. C. 10. de Profeſſorib. & Medicis.

& salaria reddi iubemus, quò facilius liberalibus studiis, artibúsque multos instituant. Item:

Medicus quamdiu Reipublicæ causa abest, munera ciuilia suscipere non cogitur. Cùm autem abesse desierit, si in eorum numero est, qui ad beneficia Medicis concessa pertinent, ea immunitate vtatur. Item: eod. lib. ac tit.

Medicis, qui sunt in Comitatu Principis, non obiicitur lõgi temporis præscriptio. Item: c. 7. tit. 35.

Medici, quemadmodum à reliquis muneribus, ita & à tutela, & à cura requiem habent. l. si duas ff. 27. de excusat. tut.

Et mox: *Philosophi & Medici immunes sint: & neque ad frumenti, vini, & olei emptiones, & præpositiones: neque iudicare, neque legati esse, neque ad alium famulatum cogantur. Et qui docet, aut medicatur in patria*

propria, immunitatem hanc habeat, eadémque fruatur, qui in aliena patria docebit.

Prætereà: *Minores* (inquit) *ciuitates possunt quinque Medicos immunes habere: Maiores ciuitates septem, qui curent: & quatuor qui doceant vtramque doctrinam: Maximæ autem ciuitates decem Medicos. Supra hunc numerum, ne maxima quidem ciuitas, immunitatē præstat.* Alibi:

Instit. 1. tit. 25. *Medici & Rhetores qui intra numerum sunt, tum Romæ, tum in patria sua, à tutela, & cura habent vacationem.* Item:

ff. 50. de decr. ab ord. fac. l. 1. *Medicorum intra numerum præfinitum constituendorum arbitrium, non Præsidi Prouinciæ commissum est, sed ordini, & possessoribus cuiusque ciuitatis: vt certi de probitate morum,*

& peritia artis, eligant ipsi, quibus se liberósque suos in ægritudine corporum committant. Inciuile fuerit, pluribus enumerandis legibus tua seria diutiùs remorari. Vnicam insuper adiicio hanc legem.

Medicorum eadem causa est, quæ Professorum, nisi quòd iustior: illi enim salutis hominum, hi studiorum duntaxat curam agunt: atque ideò illis quoque extra ordinem ius dici debet. *l.1. de extra- ord. cognitionib. ff. 50.*

Decretis Imperatorum, etiã vnanimus accedit in eam rem Sapientum consensus. *Medicina* (inquit Plutarchus) *sic est de numero disciplinarum liberalium, vt elegantiâ, venustate, copiáque dicendi nulli sit inferior. Et mercedem sui studiosis affert maximam, sanitatem* *Plut. de tuenda valetud.*

& valetudinis integritatem. Homerus autem, Poëtarum, ſimul & Philoſophorum parens antiquiſſimus, ſic Medicinæ gloriam poſteritati commendabat.

Ιλια. λ. Ιητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων.

Vir Medicus multis aliis æquandus honore eſt. Et,

Οδυ. δ. Ιητρὸς δὲ ἕκαστος ἐπιστάμενος περὶ πάντων.

Doctrinâ Medicus reliquos ſupereminet omnes.

Quin audiamus illa diuinæ ſapientiæ non iudicia, ſed Oracula. *Medicum creauit Dominus: Et eſt à Supremo Medicina, vt eius miraculis gloriam ipſe conſequeretur. Sapientia Medici extollit caput eius, vt ſit admirationi Principibus. Honora Medicum propter neceſſitatem.* Ecce & Medicinæ, & Medici author Deus: & vtriuſque

Eccleſiaſt. cap. 38.

finis, Authoris gloria, hominúmque salus. Sacrilegium sit, post Oraculorum Edicta, hominũ decreta requirere.

Quod superest, ire nunc licet, maleuolis obtrectatoribus nostri Ordinis, & præ se Medicinã despicere: quã hominũ generi, præter cæteras omnes artes, maximè necessariam, ac proinde honoratissimã, Sapientes omnium seculorũ prædicarũt: & Imperatores Legibus confirmarunt: & grauissimis Oraculis Deus ipse præcepit.

FINIS.

